Ultrajecti.
ex Officina GYSBERTI
à ZYLL. Anno 1680.

Diputación de Vizcaya
Biblioteca

TALIÆ

Totius brevis & accurata

DESCRIPTIO

Cui accessit

LOCORUM & OPIDORUM

Index,

Itinerum sive viarum ordine compositus

ITEM

Leges Peregrinantibus observandis.

ón de Vizcaya
lioteca

Trajecti ad Rhenum,
Typis GISBERTI à ZYLL, &
THEODORI ab ACKERSDYCK, 1659.



TYPOGRAPHI LECTORI

& peregrinantibus S.

Benevole lector, hic libellus, continens brevem totius Italiæ descriptionem, ex optimis Italicarum rerum auctoribus concinnatus fuit, ab amico quodam nostro, talium rerum studioso; qui eum diu presserat, & diutius presserus fuisset, nisi ei invito editionem extorsissemus. Cũ enim videremus jam instare annum jubilæum, persuasimus nobis, non ingratum fore laborem nostrum, illis qui Italiam, Romamque, illam orbis urbem, aut pietatis sive relligionis aut visendarum rerum studio essent adituri: complectitur enim omnium totius Italiæ civitatum præcipuarum

brevem & accuratam delineationem, & rerum inprimis viſendarum demonſtrationem: quibus accеſſit, Itinerum ſive viarum Italiæ uſitatiorum Catalogus ſive Index, cujus numeri paginam notant, in qua deſcriptionem civitatis ſive loci notati invenies: utere his, & legibus peregrinantium additas quantum fieri poteſt obſerva, & peregrinationis jucundioris ac commodioris fructus non contemnendos in patriam reportabis. Vale.

ITA-

ITALIÆ

Brevis

DESCRIPTIO.

ITALIA alios habuit haberque terminos, olim An. cona Æsi aut Rubicone fluviis finiebatur: Hodie Italiam dicimus omne illud terræ spatium, quod post Gallicas Germanicasque Alpes, ad Siculum usque frerum inter tria Maria Hadriaticum, Jonium & Hetruscum, procurrit. *Italiæ limites*

Ab his quoà principio magis abit, magis ac magis constringitur & sæpe sinuatur: demum in cornua, desinit, quorum id quod brevius est in Jonium sinum ejicit; altero Siciliam pænè contingit: Hoc *Calabri* habitant, illo *Salentini*. *Situs ejus.*

Post *Calabros* Hetruscum mare accolunt *Lucani*, inde *Campani Latinique*, tum *Etrusci*, ultimi *Ligures*. Hadriaticis Litoribus sedent *Apuli Salentinis* proximi: proximi Apulis à fronte & latere *& Regionum divisio*

Corſica

Samnites: his *Anconitani*, Anconitanis *Romanioli*, ut hodie appellantur: *Veneti* intimum circùm ſinum accolunt. Nec explent latiſſimam ibi Italiam aut Anconitani aut Romanioli, Venetive; ſed inter Anconitanos & adverſos eâ parte Etruſcos *Vmbri* interjacent: Romanioloſ Venetosque *Lombardicis* & *Transpadani* excipiunt; & ad Alpes uſque Gallicas Ræticasque Italiam continuant.

M. Appenninus.

Appenninus Mons, Alpium ramus, in ultima Liguria aſſurgens, perpetuis jugis, mediam quaſi Italiam tranſcurrit; tandem enim Calabriam findit & cum ipſa Italia apud Leucopetram finitur.

Dignitas Italia.

Omnium verò terrarum nobiliſſima ſimulque alumna & parens eſt *Italia*; uti quæ divinâ providentiâ electa, ut ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum diſcordes ferasque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret; breviterque una cunctarum gentium in toto orbe Patria fierer.

Et amœnitas varia, fertilitasque.

Jam vero locorum ſalubritatem, cæli temperiem, aprica collium, opaca nemorum, tantam frugum & virium oleïrumque fertilitatem, pecorum fœcunditatem, tam innoxios ſaltus, tot munifica

ca silvarum genera, tot lacus, tot amnium fontiumque uberratem, colonias am frequentes, tam adsiduam novarum rbium gratiam, tam clarum decus verum opidorum, virorum denique ingenia, mores, ritus, linguaque ac manu es gestas si repures; nihil toto orbe terrarum commemores, quod huic conferri, nedum præferri, queat. *Corsica*

Prima ab Alpibus Gallicis, ad Mare Etruscum, Italiæ regio, *Liguria* est, unde & *Mare* ei vicinum *Ligusticum* audit; a Portu Herculis Monæci, ad Macram usque amnem, inter Apenninum & mare internum, exporrecta; modò vocatur *Riviera di Genua*, & jure Reip. ab Genuensibus possidetur; una cum *Corsica* & *Capraria* insulis. *Hæc* exigua est, Septentrionem versus alteri vicina. *Corsica* Regni titulo clara; meridiem versus, ab litore Genuensi, in mari Thyrreno posita: Longa milliaria 120. lata 50. magnitudine tertia omnium interni maris insularum, sed maximâ sui parte aspera ac montosa, *Montes* hic editissimi sunt, ubique densis *nemoribus obsiti*, in quibus sunt larices, abieres, pini, fagi, taxi, buxi, castaneæ aliæque arbores, ut plurimum inutiles; *Valles* verò hujus insulæ cum *fœcundissimis* Italiæ contendunt: *Liguria.* *Capraria.* *Corsica.*

Corsica abundant oleo, vino, frumento, & omnis generis fructibus: Maximè *S. Nicolai Vallis* quæ 18. milliaria ambitu capit, & copiosissima est frumentis, & optimis pascuis dives.

Opida ejus. Episcopos habuit, *Sagonensem, Adiacensem, Aleriensem*, & *Marianensem*: Habuit & *Nebiensem*, sed Nebio (ut cæteræ terræ excepto Ajacio) penitus eversa,

S. Florence. *S. Florentii Fanum* illius loco conditum fuit, ad cujus sinum *Salinæ* & *Fornoli Statio*, *Portusque Mortellæ* quantarumvis navium capax, situm est juxta mare in spatiosa planitie IX. à *Bastia* milliaribus

Bastia. *Bastia* verò in adverso Etruriæ oppositu litore primum est opidum, omnium insulæ populo frequentissimum, Arceque munitum.

Adiacio. *Ajacium* opidum, & Episcopale unicum quondam *Vrcinium* dictum, mercatoribus Genuensibus frequens est & opulentum, totiusque insulæ caput; tribus partibus mari clausum, Sardiniam versus in litore occidentali situm: Agri illius optimum vinum rubrum producit.

Bonifacio. *Bonifacium* Primarium insulæ opidum, Sardiniæ proximè adjacet, ideoque à Genuensibus summis sumtibus munitum est: Portum habet pulcherrimum

&

ſecurum; quippe undique penè al- *Genua.*
ſſimis ſcopulis incinctum; opidum-
ue ipſum in peninſula ſitum. Ager il-
us omnium fructuum fœcundus, qui
Genuæ naſcuntur, præterquam ceraſo-
um: Mare vicinum Corallium ſubmi-
iſtrat.

Calvium opidum in mari poſitum tri- *Calvi.*
aterâ formâ, cui Arx munita inſider,
ndique ferè inacceſſum, niſi ab eâ par-
e, qua PP. Franciſcanorum cœnobium
ſubjectum habet.

Curia Arx ſaxo, ferè undique prærup- *Corti*
to, impoſita, in meditullio fere inſulæ *Arx.*
jacet: & quà neceſſario tranſeundum eſt
ad utrumvis inſulæ larus tendentibus:
Hæc de Corſica: Ceterum *Liguſticum*
litus ſive *la Riviera di Genoua* in longum
60. millia paſſuum extenditur; in cujus
ferè medio, cum ſita ſit *Genua*, diſtin-
guitur in *Orientale* & *Occidentale*: Hoc
ab urbe verſus Galliam; illud Etruriam
verſum excurrit:

Genua urbs Liguriæ Princeps & verè *Genoa.*
regia, olim fuit potentiſſima, ſolebat-
que cum Venetâ de imperio certare:
hodieque potens eſt, omniumque Itali-
carum ædificiorum ſplendore ac magni-
ficentia prima, quippe in eo vico qui No-
vus dicitur nulla eſt domus quin digna

Genua Regem, vel potentissimum, excipere, & hujusmodi plures passim in urbe, maximèque in suburbiis inveniuntur, omni delitiarum genere, ut sunt Italorum ingenia, instructissimæ.

Nominis ejus origo, & urbis. Nomen indidit ei *Ianus* antiquissimus Italiæ incola: vel, ut alii volunt, *Genuinus* Phaërontis filius; sive juxta aliorum sententiam, *Genius*, Saturni filius: ita ut de Vetustate ejus nihil attineat dicere. Punico enim bello quod Romanis Hannibal intulit jam magna & clara fuit, capta atque eversa à Magone Hannibalis fratre, restaurata deinde à Romanis, per Sp. Lucretium.

Situs urbis. *Situs* ejus talis est: fronte meridiem & mare spectat, amplissime circa littus consurgens: dorso, quod hemicycli speciem præ se ferr, Septentrioni obverso, leniter in planitiem, veluti ad quiescendum, descendens, montium sterilium innixa radicibus, quorum vallo adversus sævos Septentrionum flatus, munitur; non tota montosa, nec vicissim tota plana: Bizarrus *ambitum* ejus supra sex millia passuum continere tradit; & postea pomœria ejus producta fuere.

Portus *Portum* habet longè amplissimum, hinc valido aggere ultra 600. passus perundans æquor producto, gravissimis impen-

censis munitum: inde prælatis te- *Genua.*
ram montibus, Promontorii instar, in
re excurrentibus: in capite Promon-
torii stat *altissima turris* elegantissimi o- *Pharus*
peris, nocturnum lumen, errantibus, in
altum, navibus, præbens.

Prope sunt *Navalia* Triremium, alia- *Navalia.*
rumque navium grandiorum plurium,
quibus extruendis materiam præbent
Liguriæ montes, quamvis ad crassiores
& celsiores malos, ex Gallia & Corsica
arbores ferè petantur. Præterea aliquot,
litore juxta Portum, in mare producti
sunt *Pontes Lapidei*: quorum nomina *Pontes*
Pons Calvorum: P. Spinularum, P. *in mare.*
Mercatorum, P. Cattaneorum, &c.

Difficile est explicatu, quantum vo- *Portus*
luptatis capiat qui *Portum* studiosè in- *elegantia.*
spexerit; pulcherrimis ædificiis circum-
cinctum, quorum alia, aliis superincum-
bentia (uti supra surgentes montium
clivos jacent) speciem præbent Theatri
gradibus suis evecti.

Inter *Palatia* omnium ampliſſimum *Palat.*
est *Principis Doriæ*, ab imo litore ad mon- *Auriæ.*
tium cacumen usque pertingens, infi- *Ordo*
mo loco, ad ipsum mare; Porticus est *ejus ædificii.*
clausa columellis, prospectum ad Por-
tum habens amœnum: inde quod ad
ædes usque spacii est *Horti* occupant

Genua elegantissimi, in quorum medio Fons scaturiens è niveo marmore, simulacra gerens Neptuni & Aquilarum, quæ *Auriæ familiæ insignia*; circumlocata sunt è simili marmore sedilia: Ad Latus *Aviarium* vides, cupreis retibus clausum, & in eo avium, arborumque semper virentium copiam.

Sequuntur *Ædes ipsæ*, superbissimè regio luxu structæ, instructæ verò aureis, argenteis, gemmeisque sumtuosè vasibus, nec precio magis quam numero admirandis:

Pone Palatium quod inhabitat *voluptuariæ ædes* sunt & *Horti* pulcherrima ratione per montis clivos extensi marmoreis columnis, testudines & arcus, è virgultis opere topiario formatos, sustinentibus. In summo vertice Colossea Jovis statua fixa est, & lepidum sepulti sub ea canis epitaphium, quem ferunt annuo quingentorum aureorum reditu vixisse.

Sequitur *Piscina* profundissima, situque admirabilis; in excelso enim monte est, in eoque contrahi atque coërceri tantum posse aquarum, admiratione dignum. Nec minorem meretur *Antrum*, quod in Horti opposita regione situm est, imaginibus, è diversorum colorum con-

conchyliis lapillisque artificioſè inter ſe compactis, veſtitum: idque integunt elegantèr effictæ Rupes, unde ad imbris ſimilitudinem aquulæ decidunt. *Genua*

Huic ſimiles ſuperioresque etiam ſpecus plures in Genuenſium villis ſunt, gratiſſimi inter æſtivos calores receſſus: neque enim in urbe major quàm ruri luxus civium, utrobique habitant, & vivunt lautiſſimè, magnificentiſſimè, ſuperbiſsimè. Supellex alia ſerica eſt, alia aurea argenteaque: Peripetaſmata namque & aulæa contexta ſericis filis, intertexta metallis aut acu picta ſunt: menſæ, abaci atque armaria opere ſegmentato conſpicua. Vaſa materiæ diverſæ, ſed inprimis pretioſæ, utique cum ipſa adeo ſordium receptacula ex argento formentur. *Genuenſium luxus in adificiis.*

In ſacris deinde ædibus non minus magnifici ſunt. Ecce enim PP Franciſcanorum in edito monte poſitum Templum, quot habet è Pario marmore conſtructas aras? quot Sacella ſtatuis æreis marmoreisque & venuſtiſsimis picturis exornata? *T. S. Franciſci.*

Primariam inde ædem D. Laurentio dedicatam ſi quis æſtimet, agnoſcet jure primam eſſe, & cæteris majeſtate loci (ſita enim fermè in umbilico urbis *S. Laurenti Baſilica.*

loco

Genua loco alto ac conſpicuo eſt) & ornamentis ſuperiorem : Forinſecus, nigro candidoque marmore incruſtata, tribus marmoreis columnarisque variè Portis à fronte nititur, vaſtæ item marmoreæ columnæ tectum ferunt: Intima Templi ſtatuis decorata, & ſacerdotum ſedilibus ligneis, ſed ſumma arte teſſelatis; Circumcirca frequentia monumenta atque altaria inſignibus pictorum ſculptorumque operibus exornata ſpectantur; Aræ verò delubri S. Joannis Bapt. quatuor columnæ porphyreticæ inſiſtunt. Inter ſupellectilem Templi eſt 1. *vas lapidis Chalcedonii* ab Innocentio VIII. huic ædi collatum. Item 2 *Crux Argentea*, magno artificio elaborata, cui portandæ vix quatuor homines ſufficerint, in qua non exigua ligni S. Crucis portio inducta. 3. *Diſcus*, quoque hic eſſe dicitur in quo Herodiadis filiæ caput D. Joannis Bapt. matri ſuæ obtuliſſe ſcribitur. 4. Denique *Catinus ille ſmaragdinus* viridis toto orbe celebratus, precii artificii incomparabilis, hic in armario ſervatur, tribus oſtiis ferreis munito. Nec tacenda 5. *anea tabula* veruſta columnæ infixa, literis majuſculis Genuenſis oræ veteres notans terminos, inventa anno 1506, prope urbem

Supellex Templi pretioſa

em in valle Pocifera ad jugi radices. *Genua*

Huic Templo proximum eſt *Palatium* *Palatium*
Ducis, Arci ſimile, quadratum eſt, am- *Ducis*
plirque mediam Aream amplam, & in- *Reip.*
numera continet conclavia: Partim à
Duce & Magiſtratibus jus dicentibus,
partim à præſidiariis Germanis militi-
bus (qui hic quingenti) habitata.

Pone hoc Palatium *Templum D. Am-* *T. PP.*
broſii PP. Societ. Ieſu conſpicitur, om- *Soc.*
nium totius urbis pulcherrimum, ni- *Ieſu.*
tens picturis, columnisque pretioſis, &
pavimento marmoreo, uſque ad mira-
culum. Nec ſilendum, frequentiſſimam
urbis regionem hanc eſſe, & ſuperbis
ædificiis excultam: Via autem Nova, *Strada*
quam ſupra dixi, inter paucas recta, lata *nova.*
& aperta eſt, ornataque ædificiis admi-
randis; nihil ibi non nitidum, lætum, &
ſi liceat dicere, divinum, nec ſatiari ſpe-
ctando oculi, nec demirando mens po-
teſt.

Porticus mercatorum, haut procul Du- *Byrſa*
cis Palatio ſita, vaſtiſſima teſtudine in- *mercatorum.*
tegitur, reboatque ſemper vocibus ac
ſtrepitu deambulantis ſub ea multitu-
dinis: ſupra vicinas tabernas *D. Petri* *S. Petri Fanum*
honori *Ædicula* impoſita, ſpectatorem
incredibili voluptate perfundit: adeò
rara & læta architectonices ratio eſt,

dele-

Genua delectat ascendere, & per vacuum, quod circumcirca columellis incluſum eſt, ſpatium inambulare.

T. equitum S. Ioannis. Eſt &, pæne *Navalia*, *Equitum S. Ioannis ædes* ampla & Hortis amœna: numerantur que in hac urbe *Parochiæ* & Templa, Cænobiaque plura egregie ornata, quæ omnia reſtantur quanta Genuenſium opes ſunt, & quam non in poſtremis rem divinam habeant, ſed & in ea, ut in cæteris magnifici ſplendidique haberi velint. Hoc abunde teſtatur ille *ex Saulia gente* Patritius cujus ſanè gravibus impenſis ſurgit æmulum Vaticanæ D. Petri Baſilicæ Templum.

Ædificia & Palatia ſub urbana Verùm & *Arcibus* aliquot aliisque fortaliciis hæc urbs *munita* ſimul & ornatior reddita eſt extra muros ſuos: Maxime autem ſuperbam hanc urbem reddunt, crebra adeò Palatia, quibus litora & montes circum eam ad tertium uſq; lapidem, ſplendent, ut oram navigio legentibus una continuaque civitas videatur.

Regimen urbis. Porrò Civitas hæc *in Eccleſiaſticis* habet *Archi-Epiſcopum*, cui ſuffraganei ſunt Epiſcoparus ſeptem: *Remp. tam Plebei quàm Nobiles* regunt: & *Dux promiſcuè* creatur è nobilitate aut plebe in biennium, quo exacto D. Georgii Procurator fit: nihil arduum ſine hoc Duce geri, aut ullum

lum SC^tum citrà illius suffragium con- *Genuæ*
poreſt: *Octoviri.* unà cum Duce Col-
gium faciunt, *la Signoria* appellatur,
ia maxima quæque in Rep, tractant.
Nobiles plerique locupleres sunt: mul- *Nobili-*
que maritima exercent munia, unde *tas.*
avalis belli peritia semper floruit Ge-
ua; estque ea maximè laude insignis
Doria familia uti *terrestris belli laude Spi-*
nularum gens. Tenuiores maritimis ferè
rebus studeni, utentibus eorum opera
Hispaniæ rege aliisque Principibus: quæ-
tam etiam faciunt ex telis sericis, quod
exteris in regionibus emtum ita texunt,
ut eorum telæ pluris æstimentur, quam *Merca-*
quorumlibet aliorum, per universum *tura.*
orbem Christianum eique rei impensè
operam navare dicuntur 800. textorum:
Pecuniis quoque hæc urbs ditissima:
unde cambio hic crebræ fiunt negocia-
tiones: cumque emporium sit populo-
sum, frequens & amplum, fit ut eò non
modò vicini, sed & remotarum longè
nationum mercatores confluant, quæ &
hic singulæ sua *Domicilia & sedes com-*
merciorum causâ tenent.

Cives hic ut dixi, cum Nobilibus *æquo* *Cives*
jure vivunt, idem utrisque vestitus, co- *Genu-*
lor & forma: Nigrisque fere laneis & se- *enses.*
riceis vestimentis, utuntur, neque facile
nobi-

Genua nobilem ab ignobili distinxeris, tanta et in exteriore cultu æqualitas.

Mulieres. *Mulieres* gignit egregia forma, cui splendorem addit tum vestitus ipse, ampliorem reddens corporum speciem, tum verò summa arte ad decorem composita capillamenta: in precio sunt crines flavi, quibus rutilandis plurimum operæ studiique impendunt. Est & illud peculiare fœminis, ut solæ per vias incedant, nullis comitatæ ancillis; interdum binæ, ternæ & plures per urbem ambulent; florum manipulos, aut fragrantes herbas manibus aut sinu gestantes, item diebus festis præ foribus considentes quàm ornatissimæ conspiciantur:

Hæc de urbe; cujus antiquam quoque dignitatem confirmat, quod *Aulus Postbumius* Consul Romanus olim ab hac urbe Placentiam usque & inde porrò Veronam *viam* perduxerit publicam, quæ *Postbumia* ab eo dicta:

Via Postbumia.

Ager Genuensis. *Sita* autem est in sterili ferè solo, quod tamen laborum & impensarum adsiduitate ac pertinacia, veluti coactum fruges, sed raras producit, oræ verò maritimæ vallesque, vini & fructuum optimorum feraces sunt: *Mare* quoque circa urbem piscium expers est, sed in ejus oris piscationes coralliorum sunt frequentes.

Jam

Jam relinquo urbem Reip. Domi- *Riviera di Ponente.*
ntem, & accedo ad litus ejus occiden-
e versus Galliam, *la Riviera di Ponente* vocant. Hic mox occurrit burgus *S. Pietro de Arena* omnino amœnus, cultus- *S. Pietro d' Arena*
que densè ædificiis voluptuariis (urbis instar) civium Genuensium, qui huc ambis sæpe animi recreandi causa se conferunt, uti 3000. pass. ab urbe distans.

Sequitur *Flumen Pociferum*, & juxta *Vallis Pocifera.*
illud *Vallis* ab eo denominata, amœna: per hanc iter fit Mediolanum, deinde per arduos montes castanearum feraces, frugum non item; Vigesimo mill. *Ottagium* se offert peramplus & elegans pagus; *Clavium* inde munitissimum Castellum & Genuensis territorii limes: *Gavi.*
Hinc in Mediolanensi ditione *Serravalle, Tortona, Voghera, Ticinum, Certosa, & Mediolanum.*

Cererùm, præter cæteros, ad vallem *Cornegliano.*
Pociferam spectabis *vicum Cornelianum* Spinulæ gentis nobilissimæ, insignem: ab hoc sequitur *Sestrium* occidentale: *Sestrii*
& mox *Foggium* vicus nobilis Palatio *Poggio*
Adami centurionis, civis Genuensis, item Hortis lætissimis & fonte stupendo: villa est cujus situ nihil amœnius.

Sequitur *Voltrium*, burgus bene habi- *Voltry.*
tatus,

Riviera di Ponente.

tatus, tum *Arenzano*, & *Virgium* fin
Voragium, burgus celebris Jacobi, Ge
nuensis Archi Episcopi, natalibus, scri
tis suis clari, qui obiit anno 1294.

Voragio.

Savona.

Succedit *Albizola* & mox *Savona* C
vitas Episcopalis, antiqua, & comme
ciis frequens, ac ædificiis splendi
Liguriæ post Genuam prima; olim L
bera, & sub Gallis: circuitus ejus c
1500. passum *situs*, in loco plano
amœno. *Portum* habuit commodissimu
quem Genuenses anno 1528. obstru
runt: Habet & Arcem ad meridiona
plagam situ & arte munitam. Incol
sunt civiles, comes & libertatis avid
Superbit natalibus virorum maxim
rum, Ut Gregorii VII. Sixti IV. & Ju
II. PP. MM. Item petri & Raphae
Riariorum, Sixti neporum; Marci Ug
rii: Augustini Spinulæ, Cardinalium
Cæsaris Patriarchæ Constantinopolit
ni, Sfortiæ Præsulis Lucensis, S. Oct
viani Episcopi Viterbiensis, cujus ho
dieque corpus in cathedrali hujus urb
templo colitur.

Vadi.

Hinc 5. mill. occurrit locus antiqu
simus & munitissimus, vereribus *Vad*
Sabata nominatus; ad pedem fortal
ejus, est *Portus* commodus, Regi Hispa
no, exponendis in terram militibus fa
qua

os Mediolanum mittit; rursus 50. la- *Riviera di Ponente*
de est *Spoturnium*, cui insula objecta
eo nomen fe:ens.

Inde 2. mill. *Naulum* se offert urbs *Spotorno*
odie Episcopalis, sed infrequentius ha-
bitata; ab Genuensibus & Sabariis con- *Noli.*
dita. *Portum* habet egregium, & juxta
Promontorium, quod *Capo di Noli* au-
dit: sita est loco plano, turribus pluri-
bus, occupato: regimen ejus Reip. spe-
ciem præfert, & dependet aliquo modo
ab equitibus D. Joannis Melitensibus.

Non longè hinc *Finarium* est, opi- *Finale*
dum nobile dignitate Marchionatus, qui
penes familiam Carottorum est, sub
Dominio Regis Hispaniæ; dictum pu-
tatur Finarium ab aëris ibi subtilitate:
situm est haut procul à mari in faucibus
vallis, ubi valida Arx colli imposita, ad
tutelam urbis & Portus: *Burgus* enim
ejus in litore maris est, formarque ibi
Portum exiguum, Regi tamen ad usus
dictos commodum.

Ab hoc sequitur *Borzoli*, & *Pietra* bur- *Pietra.*
gus exiguus fructibus plurium generum
abundans. Tum *Luanum* opidulum lau- *Luan.*
dum Principis Auriæ, muris cinctum,
situm in planicie amœna: ornatum Pa-
latio pulcherrimo, & ædificiis aliquot
voluptuariis, nec non cœnobiis pluri-
bus:

Riviera di Ponente.

bus: ſeceſſus enim Principis eſt amœn

Hinc tranſitis *Cercali*, & *Burgh* burgis exiguis in mari ſitis ſuccedit *bingauna* urbs antiquiſſima & Epiſcop

Albenga.

lis, ſita in planitie turribus muni quingentis à mari paſsibus: cœlum gravius eſt, præſertim cum in *Centa* mine vicino maceretur cannabis: H illud vulgi: *Albengana piana, ſe foſſe* *demandarebbe Diana.* Alioqui opulen eſt & rebus neceſſariis affluens: Incl ortu Proculi Imperatoris: captam di tamque à Piſanis anno 1175. reſtau runt Genuenſes. *Ravenna* lacus exigu ſed optimis piſcibus fœcundus, n procul ab urbe ad montis pedem ſit eſt; in quo circumjectis è jugis, aqu delabentes ſtagnant: in mari verò i verſo inſula conſpicitur ab urbe cogn minata.

Araſſi Sequitur *Araſſi* opidum diœceſis A bingaunenſis commerciis frequens, piſcatu coralliorum: tum *Merula Pr*

C. del Mele. *montorium*, longè in mare excurren

Diano introrſum rurſus *Dianium* opidulum Dianæ procul dubio memoriam ſe vans, ſitum 1. à mari mill. ad vall Dianiam oleis egregiè feracem.

Oneglia. Propè adjacet *Onelium* Ducis Saba diæ opidum egregium, in planitie poſi

tum

m, ad vallem omnium amœniſſimam oleis fertiliſſimam, quam Imperialis violus perluit; adeo nitidè & floridè ram & denſè habitaram, ut perpe- us Hortus & cóntinua videatur ci- as.

Hinc occurrit *Portus Mauritii*, ſed Por- tum Genuenſes corruperunt: *Burgus* eſt lutus & populoſus in colle ſitus, quem ere rigat, una cum fortalitio: Cæno- bium habet PP. Cordigerorum, cinctum luribus amœnè granatis & oleis. *Porto Mauri tio.*

Ab hoc tranſeuntur pagi *S. Lorenzo* & *S. Stephano* & introrſum 300. paſſ. ad miculum *Tabia* ſe offert; burgus non plus, ſed Præfecturâ nobilis & ge- roſo vino Apiano, quod producit, elebris. *Taggia*

Inde ad mare pagus *S. Maria del Arma* ſpectatur, & mox *S. Remi* opidum ſatis pulchrum & populo frequens, ſitum ad aris ſinum, loco amœno & citreis, au- antiis & palmis nitente, quorum in- ens copia in Gallias tranſmittitur: *S. Remo.*

Sequitur *Bordigera* burgus & mox *Albium Intemelium* urbs Epiſcopalis in ſi extremis Genuenſium finibus poſita & ortalitio munita ad Riberam amnem ortæ le jungentem. *vinti- miglia*

Mentonium & *Monacum* opidum cum *Mento*

Riviera di Levante. Arce firma & Portu (qui Herculis Monæci olim fuit) Principem habent peculiarem; & *Villa-Franca* opidum Portu egregio nobile & *Rizza*. Ducem Pedemontii agnoscunt, de quibus postea.

Lustratâ igitur *occidentali parte* ri Genuensis redeo ad *orientalem*, quam *Riviera di Levante* dicunt:

Riviera di Levante. Et quidem prope mœnia urbis Genuæ versus orientem *Bisamnis fluvius* in mare excurrit, veteres *Feritorem* vocant; aliusque torrens, quem *Ferixanum* dicunt, è montibus descendens, in conspectu urbis Bisamni se miscet: superatis Ponte lapideo, quo hic amnis stratus, occurrunt *Nervi*, *Bogliasco*, *Sori*, *Recco*, *Camogli*, vici sive burgi omnium amœnissimi, & fertilissimi, & villis Genuensium Arcium instar passim conspicui nitidissimi.

Bisagno fl.

Camogli.

Porto Fino. capo di monte. Sequitur *Promontorium & Portus Delfini* ei contiguus. *Promontorium* Mons est saxosus, adscensu admodum difficilis, mare spectans, & *D. Fructuoso* sacer, cui in eo fanum amplum est: excelsis asperisque ejus rupibus delabuntur aquæ pellucidæ & per angustas fauces maris commiscentur: *Portui* burgus adjacet & fortalitium, milite præsidiario firmum.

S. Frutuosa.

Rapallo Golfo di Ripalle. Prope est *Rapallum* opidum, freto vi-

cino

ino & valli nomen ſuum communicans. *Riviera di Levante.* allis amœna eſt citreis, oleis aliisque uctiferis arboribus omnigenis.

Hinc ℓ. mill. in intimo maris receſſu *Chiavari.* *laverium* eſt à Genuatibus, ut volunt, nno 1167. conditum: clarum eſt Nundinario mercatorum, certis anni temporibus, conventu, ob ſummam loci oportunitatem.

Prope eſt Labonia, vicus ad fluvium cognominem ſequiturque Seſtrium ad orientem in Promontoriolo mari ferè cincto, poſitum: Segeſta Tiguliorum antiquis fuit, cujus rudera introrſus hinc, ad ſecundum lapidem conſpiciuntur; Hinc occurrit *Monilia* & deinde Castellum orientis ſplendidè admodum ædificatum; circumcircà ſunt undique peramœni apricique colles & valles nitidæ: Altius verò verſus Septentrionem ℓ. mill. ad Votram amnem, in Macram ſe exonerantem, conſpicies *Brunetum*, urbem Epiſcopatu nobilem. *Lavagna.* *Seſtri di Levante.* *Levante.* *Brugnete.*

Inferius à Caſtro orientis Promontorium mox in mare extenditur: ultra quod quinque paguli, paribus pænè, ſemimilliaris, intervallis diſcreti ſequuntur, quorum nomina *Monte Roſſo*, *Verazza*, *Corniglia*, *Manaruola* & *Rimaguere*. Huic Portus Veneris ferè conti- *Cinque terre.* *T. di Venere.*

Riviera di Levante.

guus est, antiquum nomen hodie retinens; egregius Portus est ad sinum Spetiæ, capax 60. & plurium navium, quæ hîc omnes figere anchoram & extra omne periculum quiescere possent: defenditur ab hoste & pyratis pluribus fortalitiis.

Golfo di Spezza.

Sinus hic *Spetiæ* vocatur, ab opido Spetia in intimo ejus recessu, sito, & muris munito porrigitur in longum ac latum ferè 5000. passuum: præter Veneris, complures intra se includens Portus: omnes prope litus profundos; atque inter cæteros quoque *Ericus*, burgi fortalitio firmi, è regione Veneris in ripa sinus orientali, siti: qui Portus & civitas Lunæ à multis fuisse putantur: quia totus hic sinus quantus est, figurâ Lunari est, & ingens Portus dici posset, quem insula ab Austro Africoque tutatur, cingunt que alti montes, unde Sardinia, & litoris utrinque magna pars prospicitur. Ceterum Portus Veneris olim imperii Genuensium terminus fuit, sicut Ericis Pisanorum: Hodie uterque Genuensium est, qui & ultra Macram fl. Erici vicinum, *Zarzanam* habent urbem episcopatu claram, bene munitam & præsidio militum firmam; item *Zarzanellam* Arcem munitam, uti in extre-

P. d. Erice olim Lunæ, ut volunt.

Magra fl. Zarzana & Zarzanella.

mi

nis limitibus positam: ideoque nec urbis hujus Prætura committitur, nisi iis, qui in civium Genuensium librum ascripti sunt: est autem Zarzana urbs satis lauta, quæ à plerisque ex ruinis Lunæ urbis creditur structa, steriſſe enim scribitur inferius ab hac urbe, prope ostium Macræ fluminis ibique Portum suum habuisse, ut ut sit, juxta litus hoc egentes adhuc ruinæ spectantur, & cum Marmor Lunense antiquitus in fama sit, verisimile sit hîc Lunam steriſſe, cum hodieque in proximis locis Principatus Massæ & Carrariæ, magna copia optimi marmoris reperiatur: fuit autem *Luna* urbs antiquissima, ante bellum Trojanum à Græcis condita & *Selene* nuncupata; deinde ad tantam majestatem evecta, ut ab Normannis, Haddingo Duce & Imperatore (qui cum Romam esse arbitrabantur) memorabili, sed proditorio, stratagemate fuerit capta, spoliata & exusta, anno N. C. 856. ut Crantzius scribit. *Riviera di Levante.* *Luna urbs & Portus hic fuit.*

Atque hæc de locis, juxta litus, præcipuis ad Remp. Genuensem spectantibus: quæ hîc fines suos accipit;

Vicinumque habet Massæ & Carrariæ

Riviera di Levante.

Principem, qui hodie è familiâ Cibonum, nobiliſſima Genuenſium, & ſuperiorem nullum agnoſcit: quamvis dicatur vivere in Regis Hiſpaniæ clientelâ;

Principato di Maſſa & Carrara.

& ditio hæc Reip. Genuatium erepta. Fines ei communes ſunt cum M. Duce Etruriæ, Genuatibus, Lucenſibus, aliisque è familia Grimalda Marchionibus Patritiis Genuatibus:

Maſſa

Urbs & ſedes Principis eſt *Maſſa*, Arce ſpectanda, feſtivum ſane opidum ac amœnum, olim Herculis fanum ſitum

Frigido.

prope amnem *Frigidum*, qui inde per ditionem hanc in mare deſcendit, infra Vicum ejuſdem cum fluvio nominis, urbs eſt Epiſcopalis, ſub metropolitano Piſano.

Carrara.

Alterum Principatus opidum eſt *Carrara* propius ad Genuenſium fines poſitum, in ripa Laventiæ amnis, qui &

Laventza.

inde infra Laventiam, burgum lautum Principatus hujus, in mare excurrit: et agro Carrarienſi magna hodie optimi marmoreis copia effoditur, repertaque fuit ibi vena terræ tenuiſſimæ Picturis commodæ.

Lucenſis Reſp.

Genuenſi Reip. affinis eſt Lucenſis, ſed hæc à Nobilitate tantum regitur; à ſunt ſenatores, quorum annua eſt administratio: item vexillifer & 9 Antiani

ſive

ve ſeniores qui tertio quoque menſe *Luca.*
mutantur. Politici ſtatus fundamentum
enatus eſt à quo reliqui omnes magi-
ratus ordinantur, ſuntque ſenatores
rdinarii 120. Civitas Reip. *Luca* eſt, *Luca*
na cum territorio ſuo pars Tuſciæ, ha- *urbs.*
betque M. Dux Tuſciæ cum hoc tribus
x partibus fines communes: & vindi-
at ſibi in urbem Lucam jus, ut quæ
Reip. Piſanæ quondam ſubjecta fuit: ſed
ſola ex omnibus Civitatibus Tuſciæ, *Civi-*
quamvis non magna, libertatem ruetur, *um li-*
que conſervandæ cives concordes de- *bertatis cu-*
unt: & quotidie urbem ſuam magis ac *ra.*
magis muniunt regaliter, inſtruuntque
omnibus ad longam obſidionem tolerandam neceſſariis: commodiratisque cauſa & metu incendii, pulverem tormentarium tot locis collocant, quot urbs propugnacula habet in circuitu; quæ ſunt 12. ſingulisque tantum pulveris tribuunt, quantum ejus defenſioni ſufficit. Ceterum Civitas eſt Epiſcopalis, libera, opulenta, & ſplendida, ſita in pingui planitie; ſed prærtis montibus proximè circumcingitur: Ambitus ejus *Situs*
2 milliaria Italica tantum complecti- *urbis,*
tur, verum populo & ædificiis arcta eſt:
& egregiè quadrato ſilice ſtrata; Muros *elegan-*
habet lateritios & alicubi lapideos, intra *tia*

Luca. quos aggeſtus ad parem altitudinem ag-
Et mu ger, urbem ambit, munit & amœnat
nitio. inſitæ enim aggeri arbores umbram &
mulque deambulationem præbent gra-
tiſſimam. Propugnacula crebra tormen-
tis inſtructa, & occultis meatibus pe-
via ſunt: adhæc foſſa urbem claudit, ce-
teraque ita comparata ſunt ut pro mo-
nitiſsima habeatur; & amœna: ita ut
verè de eâ Scaliger.

Tuſci delitium. Tuſci lauus inclyta cœli.

Curia. Curia ſenatus Domicilium amplum
Prato- ac ſuperbum eſt. Propè in ſplendida
rii do- quoque ædibus habitat judex, cui in pu-
mus. blicum prodeunti puer gladium in rubea
vagina reconditum præfert antecedun-
que gemini apparitores rubeis item pal-
liis amicti: hic de pœnis ſuppliciisque
decernit, ſed judicium eſt penes 120.
viros, ſine quorum, vel maximæ partis
adſenſu capitis nemo damnatur.

Templa pleraque vetuſta ſunt, & pri-
mi Lucenſes, ex omnibus Etruriæ popu-
lis, Chriſtiana ſacra amplexi fuere, T.
Tem- Primarium columnis marmoreis circum-
plum cinctum ad veteris Architecturæ no-
S. Mi- mam: in frontis faſtigio ſtatuam Archan-
chalis. geli, inſigne Templi, gerit, Principi enim
Angelorum Michaëli ſacratum eſt. Me-
morabile S. Fridani templum eſt, monu-
men-

ento Richardi Angliæ Regis qui ab- *T. S.*
cato Regno, Romam petens hic obiit. *Frida.*
Superbum item D. Crucis Fanum est, *ni.*
xum immanibus pilis, constratum mar- *T. S.*
more, ornatum pretiosis civium dona- *Crucis.*
riis & Aurea Cruce, magni ponderis
dum æstimata 15000. aureorum num-
mum: Habent & Lucenses effigiem Chri-
sti ex ligno cedrino à Nicodemo ejus-
dem discipulo ad vivum efformatam,
quasi jam modò cruci affixi, capiti im-
posita corona ex puro puroque auro,
supra ipsam elementa A & Ω: Calceatus
hic pendet Christus, calceis argenteis,
qui aureis laminis incrustati: mirum est
quod scribitur de paupere opem implo-
rante, & calceorum altero donato.

Hæc de urbe. Cives ejus humani sunt *Civiũ*
& sinceri, prudentes & lauti opulenti- *mores.*
que: mercaturam, imprimis serici panni,
exercentes: linguâ utuntur, præ ceteris
Etruscis eleganti, & molestis accenti-
bus purgata:

Territorio fruuntur satis amplo, sed *Territo*
multum montoso, ex quo exercitum *rii ejus*
10000. peditum conficere possunt; quos *amplitudo,*
verò ex Grassignanensi agro ciere pos- *&c.*
sunt, ii accedunt ad 2000. evaduntque
tenui milites; Vivũt in Regis Catholici
clientela: ab Cæsare enim vero Patrono

nulla ferè est iis auxilii spes: cum finiti-
mis Genuatibus & Massæ Principe ami-
citiam colunt: Etruriæ M. Ducem vi-
dè observant: cum Mutinensi verò Du-
ce sæpe discordes sunt, ob agri Graffig-
nanensis terminos.

Verum Portum nullum habent, Se-
chius enim amnis prope quem urbs sita
per ditionem M. Ducis in mare excur-
Via re- rit: juxta tamen Viam regiam burgum
gia. exiguum, Portus est, quantum amnis
parvus efficere potest, qui ibi in mare
labitur per Lucense territorium.

Atque inde versus occidentem clau-
ditur rursus magni Ducis ditione, in qua
Mostro juxta Versilii amnis fauces *Arx Mon-*
ne. *nis*, verus propugnaculum edito loco
Petra situm; in obversa amnis ripa *Petra san-*
Santa. *ta* conspicitur opidum nobile, ubi puta-
tur fuisse *Lucus Feroniæ* hodiéque juxta
oram hanc multa spectantur antiquita-
tum vestigia.

Ther- Ceterùm Luca ad radices montium
mæ. quibus ferè cingitur, Thermas habet ce-
leberrimas & capiti inprimis salubres.
ex montium verò cacumine licet inde
Pisas spectare & Etruscum mare, argen-
teo æquore stratum; hinc infima & fer-
tili valle jacentem Lucam: quæ Scali-
gero dicitur.

Tusci delitium, Tusci lætus inclyta cœli.

Etruria sive *Tuscica*, magni Ducatus *Tusciæ ampli-*
ulo ad sublimem, inter Italicas Regi- *tudo &*
es dignitatem elata, tres Respubli- *situs.*
s, olim libras, complectitur: Floren-
nam, Pisanam & Senensem, & sic ipso
Italiæ meditullio nobilissimam ejus par-
em, undique aut altis montibus incin-
am, aut mari & plurimis munitissimis
rcibus firmam; Ab occidente claudunt *Limi-*
Resp. Genuensis & Lucensis, Dux Mu- *tes.*
næ, Vallis Caserniana: Urbini dux pro-
e Burgum S. Sepulchri: Parmensis
Dux prope Fivisanum & in Ducatu Ca-
ri, reliquis lateribus mari & Ecclesia-
ico Dominio concluditur, Bononensi
gro, Romandiola, Perusino, & S. Pe-
ri Patrimonio, &c.

Dividitur hic Ducatus in Dominium *Divi-*
Vetus & Novum quorum *illo* Resp. *Flo-* *sio ejus*
rentina & Pisana comprehenduntur: *hoc*
Senensis cum aliis acquisitis. Dux autem
Dominia hæc utraque diverso jure pos-
sidet. Nam vetus Dominium absolutum
est, & liberum, nullique obnoxium,
quam libertatem à pluribus impp. jam
olim impetravit. Novum autem magna
ex parte in feudum tenet; aut à Rege
Hispaniarum, puta Senensem Remp. &
Elbæ insulæ Dominum: aut à sede Apo-

ſtolica: ut *Radicofanum cum* vicinia
gis: & *Burgum S. Sepulchri* in Umbri
aut denique ab imperio, uti *Fdaterra*
& *alios Marchionatus agri Lunenſis*, oli
à Malaſpinis poſſeſſos:

Epiſcopatus ejus. In Utroque Dominio tam Vete
quam Novo, urbes Epiſcopales numerantur 17 (ſi Fæſulas annumeres, am
quam, prope Florentiam, urbem, ſ
jam dirutam) ſcil. Florentia, Piſa, Piſto
rium, Cortona, Aretium, Volaterr
Monſpolitianus, Burgus S. Sepulchri
Collis & Fæſulæ in Veteri Dominio; i
Novo autem: Sena, Mons Alcinou
Pientia, Cluſium, Maſſa, Sovana, Gro
ſetum, & alia aliquot opida quæ ag
fertilitate & incolarum frequentia opu
lentiaque civitatibus nequaquam ce
dunt: ob plures autem Epiſcopatus
Abbatias, xenotrophia, & ingentem nu
merum Cænobiorum Clerus hic fatis
opulentus eſt, eorumque omnium red
tus annuos ad quingenta millia corona
torum aſcendere fama eſt.

Florentia. Ejus pulchritudo. Caput & ſedes Ducis eſt *Florentia* E
truriæ floreniſſima, & totius Europæ
pulcherrima; ornata enim ſplendidè et
egregiis Areis, & plateis latis & in lo
gum directis, majore lapide nitidiſ
me ſtratis; item magnificis Palatiis,

Tem-

mplisque & xenodochiis ſuperbis, *Floren-*
ntraque rerum maximarum, rariſsima- *tia.*
m & pulcherrimarum copia excellit,
adeas deſcribendas tenuis omnis vi-
retur verborum apparatus. Parochias
merat 44. Prioratus 12. Virginum
atrumque Cænobia 76. Xenodochia
7. Collegia ſive fraternitates in uſum
ventutis 9. ſuperbam ſimul & religio-
m urbem dixeris, in qua certant cum
alatiis nobiliſsimorum civium ſacræ
omus & numero & venuſtate: nec tan-
ùm in urbe, ſed & extra ejus mœnia
ontinuantur ædificia illa magnifica,
patio 2. mill. in circuitu: ipſa vero urbs
mpla quoque eſt, ambituque ſuo 6. mil-
iria complectitur, contineturque ſupra
:coo. incolarum.

Sita eſt ad radices excelſi montis *Situs*
quem à ſeptentrione habet, & alium ſi- *ejus.*
milem à meridie; ab oriente claudunt
aprici & utcunque humiles colles omnis
generis fructuum feraces, verſus occi-
dentem lata & campeſtris planities Piſas
uique procenditur: mediam fere urbem
Arnus fluvius dividit, quam rurſus 4. *Pontes*
Pontes lapidei uniunt, omnes egregii, *Arni.*
at duo inſignes; Novus ſcil. & Vetus
huic plurimæ opificum Tabernæ inſtru-
ctæ ſunt: *ille* vias diſtinctas habet in

Florentia. usum peditum ac equitum, ostentatque statuas aliquot è marmore pulcherrimas & columnam ex ophite elegantiss. mè sculptam. 3. Non longè abest Strozzarum Palatium ex immanibus saxis evectum. 4. Palatium Pittorum, trans Arnum est in humili colle situm, constatque ex quadratis & ingentibus, apte invicem concinnatis saxis: M. Ducis Domicilium est, omninò superbum, tam structura, quàm capacitate & ornatu; nulli Italiæ cedens imò capacitate plurium Europæ Regum Palatia superans. 5. Horti adstructi pulcherrimi & ampliſſimi, quos Romano *Belvedere* comparare queas. Fontes in iis admirandi, ob lapidum magnitudinem, & elegantiam marmorearum ærearumque statuarum; item paradromides & hypæthræ, ambulationes spatiosæ vestitæque topiariis jucundissimis: Est & Nemus frequentium cupressorum: & specus ruenti atque hianti similis, insidiosa aquarum aspergine hospitem excipiens.

Pal. Strozzarum — *Pal. Pittorum.* — *& Horti.*

Pal. M. Ducis. Ex hisce Ducis ædibus datur transitus ad alteras, quas in foro Cis-Arnanæ urbis Cosmus Medices ædificavit, per obtectam & à terra elevatam porticum longissimam, ita ut ultrò citroque comeantium nemo videri possit: Hoc Palatium

um externa ſpecie tenus inferius eſt rorum at non opere, nec ornatu iu- ore: mirabile eſt atriis pluribus & pliſſimis quæ & ornatiſſima egregiis multis picturis; quorum aliud Co- dis: aliud conventibus Principum magnarum, quos Dux ſolenniter ex- bit, inſervit, & inter cætera amplum c ædificium Galeriam habet in lon- m extenſam plenam rerum rariſſima- m & pretioſiſſimarum: interque illas c. ſtaruæ ſunt ex marmore, quarum a Scipionis, brachio togam cohiben- s: ſub his tabulæ pictæ 300. & plures, ucum Tuſciæ vultus, ceteroruinque eroum: & clariorum doctrinâ & bello irorum exhibentes; ſimulacra, humanæ ivinitatis. *Ad dextram*, hujus Galeriæ, rmaria ſunt aliquot, plena rariſſima- um & pretioſiſſimarum rerum, etiam b extremis terræ regionibus petita- um, tot ferè miracula ſunt, quot ſunt es, caligant oculi & confuſis ſenſibus luctuat memoria, aſpectu tot & tanto- um miraculorum: inter cetera ſpectatur & magnes ſuſtinens 60. ferri pondera: & apparatus tabulæ, cujus materia la- pis orientalis magni pretii, forma ad- mirabilis: item unio ſive margarita, avel- lanâ major: *Ab alia ſiniſtrâ* Galeriæ parte

Flore tia.

Con-

Fiorenza. Conclavia sunt; habitationes sive Domicilia excellentium omnis generis operariorum, Pharmacopolium præ cæteris bene locatum, juxta Hortum citreis & Aurantiis consitum, ubi prospectus amœnus. Sunt *& alibi in hoc Palatio* majora armaria plena supellectile omnis generis argentea, interque eam apparatus mensæ ex puro auro, & alia precii immensi Porticus sive *Galeria* alta humilis est & arcuata proximè forum, ornata egregiis aliquot statuis.

Forum & fons Forum hoc spatiosum satis est & pulchrum, ornatumque Fonte cui vix parem habet Italia; circum hunc equestris ex ære Cosmi Ducis statua, & quatuor aliæ, ex candido marmore, tota Neptuni familia est, ipse Neptunus medius, ingenti magnitudine, è Pario marmore formatus quatuor equis dominatur: Suntque paucæ urbis hujus regiones quæ non fontibus & statuis ornatæ; Portæ urbis, quinque singulæ fonte suo instructæ sunt, aquas limpidas magnâ copiâ ejicientibus ad commodum & ornatum publicum:

T. D. Maria floridæ A Ducis Palatio transeo ad S. ædem Metropolitanam, D. Mariæ Floridæ sacram, non minùs admirabilem, sive structuram ejus sive amplitudinem & altitudinem

em ſpectes, ſive pavimentum ex *Floren*
more figurato; ſive denique Cupo- *tia.*
(*Son Dome*) ſuperbiſſimam, totam
marmore candido & nigro ſtructam:
bola ſive Teſtudo hæc Chorum regit *Ejus*
ctogona eſt hemiſphærii in modum *teſtudo*
igiata, vix credibilis, oculo judice
rudinis; ulnas enim 154. alta dici-
: eique ſuperimpoſita Turricula ſive
piruium, in altitudinem 36. ulna-
m evecta: ſcanditurque ab humo gra-
bus 520. Teſtudo hæc egregiè, pictu-
prætioſiſſimis & columnis marmo-
is exornata eſt: Chorus quoque Tem-
quem tegit, octogonus eſt & circum-
rus marmoreis columnis & imagini-
s in Parium marmor perbellè inciſis:
ejuſdem materiæ ara eſt: ejuſdem ſunt
2. prægrandia Apoſtolorum ſimula-
a, à ſummis omnia ſculptoribus efficta.

Vicina Templo eſt Turris marmorea; *Turris*
ta ſupra terram ulnas 144. amplius vi- *marmo*
nas defoſſa intra terram: Haber qua- *rea.*
or latera aperta & muro Templi nulla
parte immiſſa: ſita eo artificio, ut
ui ad locum (quem *Canto della paglia*
cant) conſtiterit, unico intuitu om-
videat. In his admirabilis ſculptura
t è triplici marmore: diſpoſitæque ſunt
s locis ſtatuæ: quorum intervalla ferè

ver-

Florentia. vermiculato opere explentur: Huic M
tropolitanæ ædi inserviunt Canonici
cum 100. præsbyteris cantoribus
chori sociis: Canonici non nisi nob
ex corpore civitatis assumuntur.

fanum D. Ioannis Bapt. Porrò ante frontem Ædis Area
atque in ea *ædicula* quoque octogo
quondam Martι, nunc S. Joanni Ba
consecrata. Pavimentum ejus, magn
partem, frustulis lapideis pictum: p
rietes albo nigroque marmore tecti, I
studo opere Mosaico illustris: jan
tres ex ære, cui fusili opere Biblicæ h
storiæ rara arte insertæ. Ad portam pri
cipalem duæ columnæ Porphyretic
erectæ. Intus Baptisterium est alabastr
num bellissimè elaboratum quo tot
urbis infantes lustrandi deferuntur. E
gione ejus ænea Arca tumulus Joann
23. P.M. qui decreto Concilii Constan
tiensis Pontificatu exutus & fugatus.

Tumulus Baldesaris Cossæ P. M.

T. PP. Soc. Iesu. Hinc proximus ad Fanum PP. Soc
Jesu transitus est quod egregiè excu
tum: Proximæ ei ædes sunt Medicæo
rum, amplæ superbæque. A tergo ver
adjacet Basilica S. Laurentii, nobi
structura, & Medicæorum Principum
monumentis juxta Sacellum superbum
magnificis. nobilis item Bibliotheca, li
bris manuscriptis instructissima posita
que

Tal. Medicæorum.

T. S. Laurentii.

loco adeò ornato & amœno ut libri *Fioren za.*
soli spectari mereantur: continet
hæc Basilica plurimas statuas ar-
tificiosissimè sculptas, magnique è mar-
more precii, quarum major pars est for-
mata manu Michaëlis Angeli: Canonici
etiam præsunt 25. reditibus lautis de-
corati.

Nec tacendum est Sacellum, quod *Sacel-*
Magnus Dux ad frontem hujus Templi *lum*
extruendum curavit, quamvis enim *S Lau*
nondum perfectum sit: innumera tamen *rentii*
miracula principium operis promittit; *ante*
nec sine admiratione conspici potest. *ædes.*
Forma rotunda est; Materia extus mar-
mor; intus ornatum est pluribus è jas-
pide figuris & marmore, aliisque pre-
tiosis lapidibus: ædificium hoc ante 36.
annos cœptum, continuo elaboratur à
ducentis operariis; & destinatum est,
sepulchris ac monumentis Ducum Tus-
ciæ magnificentissimè:

Inferius ab hoc T. & Abbatia P. P. *T. &*
Benedictinorum occurrit, ab Hugone, *Abb.*
Primo electore Brandenburgico, urbis *Bened.*
hujus (imperatoris nomine) Præfecto
conditum, cujus & cineres P. P. insigni
marmoreo monumento cohonestarunt,
appositis insignibus & iconico ejus si-
mulacro.

Prope

Fioren za. T. & Mon S Mariæ Novel ta. Prope adjacet Templum S. M Novellæ Dominicanis PP. commiſſ monumento Boccacii aliiſque rebus ſtandum: adſtructum habet cænobi & Hortos amœnos: Ante Templum Area ſive Forum conſpicitur pulch mum & ferè rotundum.

T. & Cænob. S. Marci. Hinc regredere ultra memoratam Laurentii baſilicam ad D. Marci æd quod Coſmus Dux à fundamentis ex travit; atque in Cænobio Prædicator quod Templo adjunctum, bibliothec exquiſiriſſimis voluminibus inſtruct ſpecta: deinde Aream amplam ei oc centem i ambula.

T S. Mariæ annunciatæ al S. Spiritus. Hinc ad ædem D. Mariæ Annunc tæ illi proximam ducet te frequens o ni tempore civium & exterorum co curſus: ægri enim eò ut ad medicum c fluunt opemque malis ſuis implorant impetrant. Religionem conciliat lo imago Angeli D. Virgini *Ave* dicen in altari prerioſiſſimo collocata, quod circumſtant 4 columnæ alabaſt næ illuminant 30. ex argento lamp des, ornant bina argentea maximi po deris candelabra & alia donaria plur Templi univerſim ſplendor & orna in Sacellis conſiſtit, quæ cuncta pu cherrimis picturis & ſtatuis cohoneſtan

mon-

...asterium quod Templo adjacet Ser- *Floren-*
... possident vel, ut alii eos vocant, *tia.*
...jacobini.

...ante Templum ampliſſima Area *Area*
...plurimam loco majeſtatem conciliat; *ante*
...ea amplectuntur geminæ Porticus, *Tem-*
...quarum dextra Orphanotrophei (quod *plum*
...introrſus admodum latè patet) frontem *& Por-*
...conſtituit. Ædificium eſt ornatiſſimum *ticus*
...& omninò magnificum: At quod majus *& Or-*
...eſt, aluntur in eo, nec victu modò ſed *phano-*
...vestitu & omnibus rebus ad vitam ne- *trophei*
...ceſſariis juvantur pueri puellæque 700.
...præter lactantes vix pauciores trecen-
...tis, & nutrices miniſtrosque, quorum
...ea eſt multitudo ut ad 900. homines
...sumtibus hujus loci cibentur; quibus
...ſufficiunt plenè reditus, uti qui dicun-
...tur eſſe 70000. aureorum: quam putas
...intereris 36. Xenodochiis, ſimilibus-
...que ædificiis in quibus ægri, pauperes
...atque expoſiti infantes aluntur, talium
...degere turbam, conjectura tua ſit: inter *Xened.*
...hæc rurſus præcipuum quod S. Mariæ *S. Ma-*
...Novæ vocant. cujus annui proventus *ria No-*
...70000. aureorum. *va.*

Orphanotropheo huic propinqua *Equile*
...sunt Ducis Equilia maximè magnifica, *Ducis.*
...adeò ut hac quoque luxus parte M. Dux
...summos Reges æquet: in vicina domo

qua-

Fioren za. quadam belluæ peregrinæ aluntur, l nes, Tigrides & aliæ; oſtentui tan & nulli alii uſui.

T. S. Crucis Jam verò S. Crucis Templum ve Porram S. Crucis poſitum, ſi Carhe le excipias, quodlibet aliud mole ſu rat; longum eſt ulnas 240. latum altitudo ſumma & incredibilis. Alt quibus latera veſtiuntur, binis quo columnis exornantur, materiæ ope que ſimilia omnia, ſpectatorem ob ctant; Suggeſtum nec Cicero pro di rate laudaverit, ea ars eſt & forma lumnarum, ſtatuarum, imaginum, q in marmore à peritiſſimo ſculptore formatæ, Hiſtoriam vitæ D. Franc pulcherrimè exhibent: nec minor ſe chri Michaëlis Angeli Bonarotæ, Pi ris, Sculptoris & Architecti periti ut indicant appoſita ſepulcro ſimula

Mon. S. Crucis Pp. Franciſcan. Accolæ hujus Templi Franciſcani ſunt, beati ſplendida habitatione: lu dere ipſis invidus poſſet Porticus arcubus & columnis inſignes, hyperth illas & ſubdiales deambulationes liaque.

Tantum de urbe; quæ ſatis indic eam jure meritoque *bellam* præter ce ras vulgo dici; munitam quoque e muri, turres, foſſæ & Arces pro

Arc

Florentia.

Arces urbis.

...es dico tres; quarum prima penta-...a & formâ planâ munita quidem sed ...non imperans: altera, ab urbe re-...a, ei imperat: sed forma ejus irre-...aris: tertia hexagona est & exigua ...is; refugium Ducis, si necesse sit, ...quæ est contigua Palatio ejus, quod ...habitat.

Archiepiscopus qui Episcopatus subsint

Ceterum civitas hæc Archi-Episco-...patus fulget dignitate, cui subsunt Episcopi 22. nempe Nepesinus Castellanensis, Montisfalconis, Viterbiensis, Castellanus, Volaterranus: Fesulanus, Zarzanensis sive Lunensis, Sutriensis, Ortanensis, Corneranensis, Tuscanensis, Aquerinus, Bientinensis, Pistoriensis, Biscensis, Cortonensis, Balneorigensis, Urbevetranus, Castrensis, Perusinus & Lucanus:

Suburbia quondam habuit nobilia sed anno 1529. dejecta sunt; Villas suburbicarias habet plures magnificas ut dixi structura, & amœnissimas, inter quas tamen ducis illæ longe excellunt, quas hic refero: Prima, *Pratolinum* di-*Pratolino.* citur, Bononiam versus juxta viam 3. ab urbe lapide situm, *ædificium* magnificentissimum structuræ quadratæ & rarissimæ pulchritudinis, suntque in unicujusque contignationis quolibet

latere

Floren tia latere quaterna conclavia, auratis & in
gentatis vestita tapetibus, ornata sig
& pictis tabulis, instructaque omni
na pretiosissima supellectile, lectis
mensis marmoreis vel alabastrinis pu
Grottæ cherrimè laboratis. *Cellæ* etiam sive p
& fon- cus subterraneæ spectantur, irriguæ
tes. lientibus aquis, quarum vi ludicra me
ta exhibentur; *Parietes* specuum mar
lapidibus asperati, insertisque frequen
tibus margaritis, coraliis & conchi
exculti, ut fileam æris & marmor
ornamenta, *signa atque effigies animali*
sua se vi moventium: *Pavimenta* vari
coloribus lapillis picturata: & *den*
imbres per occultos meatus artificios
in spectatores, emissos: & inde ascend
M. Par tur Mons Parnassus, ubi cum Apolli
nassus. novenæ sorores hydraulicis organis co
Avia ludunt, concinunt, haut procul ar
rium. ferreo in carcere, lætæ tamen & luce
spatio loci à vivido nemore vix distanti
Hortus Hinc ad Palatium Hortus occupat amc
no arearum ordine consitus. Hæc
sinistra regione è multis pauca; in der
piscinæ trâ Piscinæ plures & elegantes, & Cu
pidinis circa eas Spelæum; Deus igneus
Sacel humido & frigido loco positus. Nec Re
lum. ligio deest medio in luco, nec ornatus
utique sacræ Ædi. circum eam statuæ
plu-

rimæ & fontes, plurimique aditus *Fioren*
e viculi ad eam directi, jucundum *za.*
bent prospectum : Sequitur Laby- *Laby.*
hus ultraque eum editissimo in loco *rinthus*
rmoreus Jupiter omnem infra veluti
ospectat molem vibratque propitius
lentibus herbis Fulmineum imbrem:
nt & in hoc loco statuæ 60. marmo-
antiquæ, quas Paulus V. P. M. Ro-
Duci transmisit: Estque hic locus
ò ornatus, ut *Microcosmi* nomen me-
tur.

Alibi 1. ab urbe lapide est *Palatium*
od *Castello* vocant, amœnum variis *Castello*
ntibus salientibus, ornatumque pluri-
s staruis, situ ipso gratum, uti quod
uctum ad pedem collis, avium silve-
ium recessus: olim domicillum fuit
ariæ Medicææ Reginæ Galliæ.

Non procul hinc *Poggium* est summa- *Poggio*
m deliriarum locus, ædificiumque
lcherrimum, à matre M. Ducis & so-
re Imperatoris structum, quæ & mon-
m magnum discidit & complanavit, ut
ditum directum & æquum formaret
rsus hoc Palatium, amœnum aquis &
boribus quibus locus hic consitus &
mœnatus est, ita ut sit secessus, æstivo
mpore, civium Florentinorum gra-
imus.

Pisa. Circum-circa plura alia sunt Pal
amœna, uti *Petraja*, M. Ducis ædificiu
picturis egregiis excellentium Pictor
ornatum: *Castello* aurantiis & cupre
consitus locus: *Boroncelii* Ædifici
magnificentissimum Ducissæ; & C
Cardinalis Medicæi Palatium, admi
bile statuis & artificiosâ structurâ: D
nique primo ab urbe lapide, versus
Fiesole *tolinum*, Rudera occurrunt *Fœsulæ*,
tiquæ urbis, quæ tamen restantur
tuosa ibi ædificia fuisse plurima, qu
vis hodie pauca superstant: loci ta
hic mirabilis amœnitas & ornatus.

Hæc de urbe Prima veteris Dom
Ducatus, altera deinde urbs Princ
Pisa. veteris Dominii, est *Pisa*, stupendæ
tiquitatis civitas, ampla & nobilis
chiepiscopatu, cui suffragantur M
nensis & Civitatensis Episcopi: Pot
tissima quondam fuit Respub. nunc p
varias clades acceptas incolis pæn
ferta; Cosmus Etruriæ Dux frequen
rem facere conatus est, instaurati
Academia & ædificato Collegio, in
dem loco, quo Bartoli JC^us quond
Pal. & T. equitum S. Stephani. domus stetit. Condidit & Palatium
cum augusto in vicinia Templo, Equ
tibus S. Stephani: Ordo est equitib
Melitensibus fere similis (excepto q
fe

semel uxorem eis ducere licet) quorum *Pisa.*
Magister Magnus Dux Etruriæ ipse est:
signe quod gestant crux rubea: Addi-
& prope *Portam* maritimam Navalia
pla formandæque classi commodissi-
, sed ne sic quidem pristinum splen-
rem recuperavit. Quamvis urbs sit
lcherrimis & eminentibus ædificiis
lendida, & multis modis ornatissima.

Ecce enim Templi Equitum S. Ste- *T. Prin*
phani frontem opertam marmoribus; *cipale.*
Aream ejus insignem pluribus statuis
marmoreis; itemque statuâ Cosmi Du-
cis M. artificiosè sculptâ:

Hinc te confer ad Templum Metro-
politanum, artificiosissimè structum &
lcherrimè ornatum: ambitus ejus 540
ssuum columnis innititur 76. mar-
oreis, cingiturque egregiis Porticibus,
s lateribus utrisque sita sunt altaria
riis marmoribus statuisque decorata.
Subsellia in Templo passim locata ver-
Tholoribus tessellis picta: Pavimentum
marmoreis tabellis constratum: quod
rò sub Tholo jacet minutis lapillis
eganti ratione tessellatum. Fores æreæ
:, fusis, ex eodem metallo, statuis
tæ, Frons Templi, ut ferme omnium
Pisis sunt, columnata, Tectū plum-
m, plumbeisq; item laminis media te-
do obducta.

Tisa. Turris ejus tota marmorea à fun-

Campanile. mentis, 153. gradus alta est rariss-
que artificio ita adstructa & inclin-
ut cadere videatur nunquam casura: c
cumcingunt eam ab imo ad summ
septeni columnarum ordines & ipsi
liquè pendentes, cum singulis o
quibus exiri ambirique per colum-
rum illos gyros, extrinsecus turris qu
columnas rursus quilibet ordo 30. h
sed summus, quàm ceteri angustior.

T. D. Ioannis. Prope, versus *Portam* urbis N
D. Joannis adstat Fanum sphæric
& uti Templum ac Turris, è cand
marmore fabricatum, elegantissime
ornatum marmore, aliisque spec
lapidibus, maxime chorus: Sugge
inibi columnis è marmore, jaspid
Porphyrio innititur; subtus sunt leon
figuræ, omnia artificiosissimè el
ta. Ad latus Templi *Vas marmoreu*
est pluribus simulacris insculptu
columnæ Ophiticæ æneisque fig
impositum: fuit ut subscriptus tit
refert, mensura tributi, quod Cal
lim tributaria civitas pendebat. I
Baptisterium est.

Cameterium Cæmeterium quod adjacet, C
Sanctus vocatur à terra Sancta Hie
lymis huc translata; omnium Italiæ
C

rimum est septumque Porticu mar- *Pisa.*
ibus pavimentatâ & pulcherrim's
ginibus illustratâ: ampla est & longa
passus & amplius: ipsum Cæmete-
longum est pedes 486. latum 160.
Prope adjacet *Xenodochium* amplum *Xenodo-*
elegans, itemque versus *Portam Luca.* *chium;*
Archiepiscopi Palatium, cujus redi- *ædes*
tus non sunt adeò copiosi, verum Ca- *Archie-*
pitoli ecclesiæ Cathedralis gaudent bo- *piscop.*
nis reditibus & privilegiis maximis:
Item *Profanæ ædes* sat elegantes quoque
sunt, sed paucæ pro spatio urbis, cujus
magnam partem campi occupant &
horti. Supra ripam Arni eminet *M Du-*
Palatium: ante quod optimè de se
merito Principi, grati cives, marmoream
statuam erexerunt.

Medicinæ studiosi donati hic à Prin- *Hortus*
cipe Ferdinando, amœnissimis *Hortis*, *Medi-*
consitisq; omnis generis herbis simpli- *cinæ.*
cibus; juxta eos *Porticus* magnificentissi-
ma: & alia locum admirabilem reddentia.

Arx superiori urbis parti adstructa non *Arx.*
usque adeò munita est, ut nec ipsa urbs *Loca*
omnibus solis cincta. *subur-*
bana.

Extra urbem *Aquæductus* spectatur e-
gregius: *Viæque* ibidem pulcherrimæ,
floribus amœnatæ ita ut ambulacra *Aër in*
sint incolis gratissima. Aër verò hic gra- *salu-*
bris.

Pisæ. vior, maximè non adsuetis periculosus
causa putatur quod regio hæc malè ha-
Situs urbis. bitata sit circa mare. *Sita* enim hæc urb
est non procul à mari Thusco ad Arnu
fl. qui à Florentia descendens hanc me
diam secat, jungiturque rursus trib
Pontibus lapideis pulcherrimè structi

Ager Pisanus. Ager ejus frumenti ita secundus
omnem Etruriam nutrire posset, sed o
perarum defectu (quia regio insalubrior
pænè squallet. Vina quoque fert sed non
admodum laudata: Cæteri fructus non
insuaves sunt, melones autem & pepo-
nes longè optimi.

Huc usque de Florentia & Pisa Vete-
ris Dominii civitatibus primis. Non
Siena. Dominii Civitas est *Sena* Archiepisco-
patu quoque clara, cui sunt subjecti E-
piscopatus Suanensis, Orassatenensis &
Massanensis, & assignati reditus annu
opulentissimi: vetusta quoque urbs et
& admodum pulchra, meritoque inter
Situs ejus. Italiæ Principes numerata, situs ejus
medio ferè Tusciæ ubi per colliculos
porrigitur spatioso ambitu, quippe qua
tria ferè milliaria complectitur: ad hæc
optimis muris & profunda, propter fo-
Thermæ in agro Senensi tum, fossa undique cincta: Portas habet
8. quarum quæ spectat agrum Floren-
tinum Camulia eique opposita directe

Romæ-

omana audit: ex Camuliano tumulo rii canales in urbem derivantur, paſ- nque hæc regio ſcatet aquis, nec geli- s tantum, ſed & tepidis, ſulphurque t bitumen olentibus, quarum copia è erili tumulo haud procul Templo S. nſari, proxime flumen Arbiam, cum ni murmure erumpit, incredibilem m ad purgandam alvum habens: val- em, quà urbs cingitur, claudunt exte- ius alii colles vitiferi & amœnis civium prædiis exculti; unde aër hic tempera- tus & ſalubris, ſed ſubtilis & mirè pe- netrabilis noxiusque cum ventris & fri- ore miſcetur. Intus ædificia haber ma- nifica & pulchra: Pulcherrimum Pala- ium eſt quod in Romana via Pius II. P. M. è quadratis ſaxis ſumtuoſiſſimè xſtruxit: & proxime id eximiam Por- icum gentilibus ſuis Piccolomineis. Paris magnificentiæ Curia eſt, vulgus *Signoriæ Palatium* vocat; in qua ſummæ & ampliſſimæ dignitatis Magiſtratus IX. virorum bimeſtris habitat: huic jun- cta turris ſtructura & altitudine con- ſpicua. Et ad pedem turris ædicula, e- gregie laboratis marmoribus incincta; E regione ad ſiniſtrum Curiæ angulum ſupra viæ fauces æneum atque inaura- tum Lupæ lactantis gemellos Romulum

Siena.

Aër.

Pal. Piccolomineorum & Porticus.

Curia.

Sacellū in foro.

Lupa ſimulacrum,

Siena. & Remum exstat simulacrum, cum sup-
posita, ex ophite, columna, quæ in re-
teri Dianæ fano steriſſe dicitur.

Forum *Forum* ante Curiam ampliſſimum e
& præ aliis Italiæ celebratum: concha
que marinæ quàm ſimillimum: la-
bus, uti & aliæ omnes urbis viæ, ven
ſtè conſtratum. ædificia illud ceu the-
trum cingentia, pleraque mercato
poſſident, & ad Gothicæ architectur
ſpeciem conſtructa; arcuatas & colum-
in eo nis diſtinctas habent feneſtras: Fons
fons. eo marmoreis parietibus & ſimulacr
incluſus, ſaluberrimas æterno rivo
quas emittit.

Inter Sacra ædificia Pontificale em-
T. Ca- net, ut quod nulli pulchritudine inferiu
thedra- ſitum eſt loco editiore, aditumque da
le D. ex urbe, marmorei gradus: aditus ſu
Virgi- veſtibuli formam auget ſpatioſa & ele-
nis. gans Area: ipſa Templi frons ſtatu
marmoreis, columellis, Spiris, epiſtyli
& ſimilibus ornamentis tota tota veſti-
tur. Longitudo ejus pedem 330. latitu-
do 183. tectum arcuatum eſt, arcus in
triplici teſtudine pares omnes, colore cæ-
ruleo, auro ſtellati: ſuſtentant eos co-
lumnæ marmoreæ ſtructiles, candidis
nigrisque lineis pari ordine ab ſe mutuò
disjunctis; ita parietes quoque vulgati

Teſtu-

Testudine excelsior tholus, in medio *Senæ.*
as exsurgit, quem similiter ingentes
armoreæ columnæ virgatæ sustinent:
mulacrorum sub media testudine se-
es, per totum dicitur Templum: om-
um Rom. Pontificium ii vultus sunt è
pso perbene effigiati, His subsunt Ca-
ta aliquot Imperatorum: At Pontifi-
m, qui ex hac urbe prodiere, ad fores
regra sunt simulacra: Pavimenti ædis
rnatus est admirabilis: Suggesto mar-
oreo insculpti cruciatus Christi; Al-
ria multa, speciosa columnis aliisque
rnamentis & picturis exculta; Organa
na sunt, eâ suavitate soni, ut cum om-
ibus Italiæ contendere possint. Inter
eliquias Sanctorum sunt Brachium
. Joannis Baptistæ, & culter D. Pe-
ri quo auriculam Malcho amputa-
it.

Templi hujus Porta principali egres- *Xenodo-*
sus, conspicis Xenodochium amplissi- *chium*
um & ditissimum, cujus opulentiæ *T. D.*
haud obscura argumenta sunt, tum stru- *Virg.*
cturæ magnificentia; tum ægrorum ac
uerorum numerus, qui curantur & e-
ducantur mundè & lautè; peregrinis
uoq; triduum in eo hospitari licet; do-
antur que deinde iidem pane & nummo
rgenteo: Rectores Hospitalis hujus

Siena. constituti Presbyteri 20. & 4. ex numero Patritiorum urbis: quotidie enim cibandi 1200. homines, præter ministros & domesticos. T. ei adstructum D. Virgini sacrum est.

Aliud Xenod. Aliud & Hospitale in quo tantum recipiuntur filiæ & infantes, neque inde exire iis concessum nisi post duodecimum vel decimum quintum ætatis annum, præsunt femine: neque permissum est virilis sexus homini illud Xenodochium intrare.

T. S. Dominici & Canobium. Plura sunt *Templa, Canobia* & *Xenodochia* quæ transeo; unum *S. Dominico* sacrum transire silentio non licet, tum quia reliquiis SS. multis & inprimis capite D. Catharinæ Senensis, venerandum præter cetera sit: tum quod sacris & publicis Germanorum rebus destinatum: Hic & Germanorum Sacellum & Altare vario marmore nitens; hic mortuorum cineres reconditi: in Cœnobio adstructo Aulą, & velut Curia nationis est in qua conveniunt ejus Deputati, quoties de rebus gravioribus consulendum & decernendum erit.

Academia. *Academiam* enim habet hæc civitas celeberrimam, à Pio II. Pont M. auctam illustratamque cum enim hic locus saluberrimo ac puro aëre gaudeat; delitiæque

ne Italiæ audiat, trahit ad se undique udiosos; maximè exteros, tam ob E- uſci idiomatis excellentiam; qua ferè corrupto cives utuntur, tum ob mo- s civium ſuaves ac elegantes, ergaque xteros incredibilem humanitatem ac enevolentiam.

Est & in urbe elegans *ædificium*, in quo ſingulis ſeptimanis *Academicè* (ut vocant) quater conveniunt cives aliquot, proponuntque per vices quidpiam in proſa vel verſibus exercitii cauſâ, illudque à ceteris examinatur & cenſuræ ſubjicitur, qualia Collegia in civitatibus Italiæ inſignioribus plura inveniuntur. *Collegium.*

Sunt & hic plurimi *Xyſti* inſigniorum ſive nobiliorum civium: ornati variis ex cera figuris Vivariaque plurium ferarum manſuefactarum: *Xyſti.*

Munita denique urbs eſt *Arce*, prominentibus angulis pulcherrimè ſtructâ, & omni bellico apparatu inſtructa: ita ut & Senenſum frenum ſit: *Arx.*

Hæc de urbe: *Opes civium* hic in reditibus ferè conſiſtunt, mercaturæ exigua civibus cura eſt: Florentini verò mercimoniis & opificiis, maximè byſſi textrinis operam dant, in quibus gnavi & artifices conſeneſcunt; ita ut unius anni *Opes civium civitatum.*

opus, pannorum rasorum tantum, duo-
bus auri millionibus æstimatum fuerit.
Pisani quoque byssi textrinis, & rebus
maritimis student:

Huc usque de trium olim Rerumpubl. illustribus civitatibus: ceteræ urbes & opida præcipua Magni Ducis sunt: Pistoriū urbs Episcopalis exigua, at pulchra, opulenta & nobilis: Arcem habens satis munitam: In S. Jacobi Templo Ara visitur argenteis laminis & deauratis tecta: cum ejusdem metalli lampadibus 20. In Templo Humilitatis integræ cernuntur effigies Leonis X. & Clementis VII. Pontificum M. item Alexandri & Cosmi Florentiæ Ducum; Cyni magni JC^ti & Bartoli Præceptoris patria fuit, qui in summo Templo marmoreo conditur sepulchro: Discordiis & intestino bello sæpius ad perniciem seipsam deduxit. Fructuoso fruitur agro: & non procul ab urbe in Via Bononiensi magnifica cernitur Domus, quæ vulgo *Igno* ab Antonio Pucio Cardinale, cum Pistoriensium esset Præsul, ædificata: Vallis ad hanc urbem quà Florentiam itur, patet lata ac amœna, omnique fructuum genere abundans: opida, pagos, villas, casas Palatiaque in universum habens quadraginta quatuor millia: Sinui Bajano non absimilis.

Pistoja

Ager ignis.

Ulte-

Ulterius progredienti Apenninus occurrit & ager Bononiensis & Rhenus fl. *Rene fl.* vero hinc Occidentem inter & Septentrionem iter converteris, *Grasinianam* accedes, & propior Occasum & Lucam *Carsignana.* ist *Pescia* opidum sanè ornatum: *Pescia.*

Confinalia Pistorio circum circa sunt Summano, Seravalle, Vitalino; Monte Catino: Monte Merlo: & *Pratum*, quod *Prato.* amnis ex Apennino Bisentius, Arni, fl. incola, alluit, & ab Frederico 2. Imp. conditum, opidum in Italia facile princeps, & propter elegantiam ac amplitudinem, numeratur inter 4. Italiæ Castra splendidissima, Proverbio quod ita habet: *Barletta in Puglia: Fabriano nella Marca: Crema in Lombardia & Prato in Toscano.* Cingulum hic servatur D. Matris Dei: panisque eo candore fit ut nivi exæquetur.

Haut procul Fæsulis inter colles Fæsularum & ipsius Apennini juga, Vallis conspicitur amœnissima tota villis vicisque nobilibus nitens, *Mugello* vulgo, *Mugel* Colonique ejus *Mugellani*: origo hinc *lo.* Dyno Mugellano celebri JC^to^ Vallem mediam *Sera* fl. percurrit.

Ager qui inter Arnum & Ducariam amnes, ad Aretinorum fines usque patet, *Casencino* dicitur vulgo, estque *Casenti* *no.*

Cluſentinus tractus vetеribus, quo in Tuſciam exercitus ex Galliis penetrare ſolebant, quoque Hannibal etiam tranſiſſe legitur: Peramœnus eſt & fertilis, haberque juxta ſe vallem umbroſam.

Val. ombroſa.

Ab qua ad Arni ripam 15000. paſſ. ſupra Florentiam opidum ſe offert *Inciſa* Fr. Petrarchæ patria ab Inciſo obice ſaxeo, qui curſum Arni ſuſtinebat nomen habens: & poſt apertum ferro ſaxum Paludes, quæ planitiem hic Arno adpoſitam occupabant, diſſipatæ ſunt, planitiesque tota nunc exculta conſitaque nobilium Hortorum inſtar.

Anciſa.

Valle Arno.

Hinc altius ad Arnum nobile ſuccedit *Opidum D. Ioannis*, vino inclutum ſuaviſſimo, quod *Tribianum* vulgo vocant, & ultra Arnum *Caſtellum Francum* quod cum Fano D. Joannis conditum à Florentinis circa annum 1298. tum *Terra Nova* patria Poggii, & alia in Caſentino hoc agro Caſtella.

S. Gioannum.

C. franco.

Terra nuova.

Ad finem agri ejus eſt *Aretium* civitas Epiſcopalis, & olim potens, jucundis amœnisque in campis ſita, agrumque habens frumenti, vini, cererarumque frugum abundè fertilem: vaſa fictilia nobiliſſima fiunt. Aëre verò gaudet ſubtiliſſimo, unde & viros claros edidit non paucos interque ceteros Mecœnatem Ite-

Arezzo.

rera-

eratorum olim præsidium: & Guidum, ui concentum in notis, Ut, Re, Mi, Fa, ol, La, excogitavit.

Altius hinc juxta Urbini fines, alia rbs Episcopalis conspicitur, quæ *Burum S. Sepulchri* vocatur nullâ vero antiquitatis notâ insignis: & inferius ab Aretio versus Lacum Perusinum *Cortona* vetus quoque civitas, episcopatu nobilis: rum inferius ultra Claniam paludem Mons Politianus nobile opidum & frequens, episcopatu decoratum: positum in colle amœno, ac omni optimorum fructuum genere fœcundo, vino inprimo generoso: *Borgo S. Sepulchro. Cortona. M. pulciano.*

Collis urbs Episcopalis ad aliud latus Senæ urbis sita est, non procul à via quæ Florentiâ Senas ducit cui proxima est Arx Poggii Imperialis: Hinc ad Cæcinam amnem, saxoso in Monte *Sullanum* adparet opidum munitissimum, cujus Auctor Sulla dicitur; Ejusque statua marmorea visitur in opido vicino *Casoli* ultra Cæcinam fl. *Volaterra* spectatur urbs Episcopatu insignis, difficillimo asperrimoque jugo instructa, adeam quinque portis aditus patet: pro singulis Fons est eximius, nitidissimas aquas ejiciens: in urbe bini ingentes spectantur: Mœnia urbis è quadrato lapide; *Colle. Poggio imperiale. Sullano. Casoli. Volterra.*

longo

longo sex pedes; absque bitumine affabrè composito, majore ex parte constant.

Hæc de urbibus Episcopalibus Dominii Veteris Florentini: opida & loca reliqua notanda, ferè sunt hæc ad Regiam viam *Florentiâ Senas* ducentem; Nempe, S. Casciani opidulum, in edito cacumine situm, meridiem versus depressam vallem despectans. Tum *Barbarinum*, & Bonitium opidum amni Stagiæ ex parte, ex alia colli adjacens, in cujus culmine Florentini Arcem ædificarunt, quæ sat valida & *Poggii Imperialis* nomen gerit: Sequitur *Stagia* opidulum, quod ad ingressum Arcem habet non prorsus contemnendam.

S. Casciano. *Ager Florentinus.* *Poggio bonzi.* *Poggio Imp.*

Item ad Regiam viam *Florentiâ Bonniam* ducentem. *Pratolinum*; tum *Scarperia*, inter quod opidum & Pratolinum Hospitium Novum in summo apice montis peregrinantium commodo ab Duce structum *Scarperia* inde opidum sequitur, anno 1313, à Florentinis conditũ ex ruderibus Actiani municipii: laudantur cultri & forficulæ ibi fabricatæ.

Scarperia.

Hinc *Florentiola*, Fidentia antiquis sequitur, sita in ima valle circumjacentibus altissimis & alicubi fumum atque ignem spirantibus Apennini jugis.

Inde *Lojanum* pergentibus transeunda est

t ſilva caſtanearum: Lojanum ſequitur *Ager Senenſis*
anorium & Bononia.

Ad viam quæ *Florentia Piſas* tendet, ccurrit primò, Laſtra burgus lautus; um *Malmantila* antiqua Arx, mox *ms Lupi*, Arx egregia cum burgo pul- *M. Lupo.*
herrimo: inde *l'Ambroſiana*, Palatium *l'Ambroſiana.*
Ducis amœniſſimum; & commodiſſi-
mum; Venationibus damarum & omni-
enis deliciis gratiſſimum. Sequitur *Em-* *Empoli*
polium opidulum lautum, extra cujus
mœnia ſpectatur Monaſterium pul-
cherrimum. Hinc occurrit Monaſterium
S. Romani edito loco ſitum, ad cujus *S. Ro-*
pedem labitur Arnus fluvius, ſeceſſus *mano.*
Ducis, ubi è Venationibus ſe reficit.
Abhinc tranſitur Pons Eræ, & inde Caſ- *P. d'Era Caſ-*
ſina, Piſa. *ſina.*

Jam vero *urbes Novi Dominii ſive Se-* *M. Al-*
nenſis Reip. ſunt: Mons Ilicinus Epiſ- *cin.*
copalis civitas prope viam quæ Senis
Romam tendit ſita locoque arduo per
collem porrecta, ac tribus fere partibus
inacceſſa; editiori parti Arx inſider, ei-
que ſubeſt planities: locus hic celebris
vini moſcarelli præſtantia quod apricis
illis collibus gignitur.

Hinc verſus orientem Cluſium con- *Chiuſi.*
ſpicitur, urbs quoque Epiſcopalis in val-
le Glania poſita:

Sua-

Ager Senensis — *Suana* urbs, ad fines Ducatus Clustrensis sita est inter Floram & Lentam amnes.

Souana Grossetо. Crassatum sive *Grossetum* opidum episcopale cum Arce non longè ab ora maritima positum est, prope lacum exiguum, & inter fl. Umbronem & lacum Castilionis, quem *Aprilis* lacum Antoninus dixit.

Massa *Massa* in monte posita urbs vetusta est, ab hoc monte, ubi aluminis venæ inventæ, silva est usque ad Plombini Dominium protensa.

Cetera Senensis Ducatus loca sunt *Ascia-no.* *Ascianum* non infrequens Castellum ad Umbrone fl. positum, & ad viam Regiam Romanam, *Lucignanum* opidulum *Lucignano.* quod à Luciis denominatum volunt, *Boncon vento.* hoc sequitur *Boncomventum* mediocre opidum mœnibus & fossa exiguâ cinctum, duobusque Monasteriis venustis decorum, situm loco plano: incolæ ejus admodum mercaturæ dediti: Henricus VII. Imp. hic à Monacho veneno sublatus, & Pisis sepultus est in T. Cathedrali.

Abbatia M. Oliveti Ab hoc opido sinistrorsum T. & Conobium PP. *Olivetanorum* est situm, structurâ egregiâ, Hortis amœnis & Bibliotheca omninò visendum: Sequitur

ad

d viam Tornieri exiguus burgus: à quo . mill. egregius Pons est structus jussu Magnæ Ducissæ ad cujus latus Pala- ium amœnum Patricii Senensis, statuis & pretiosis lapillis egregiè ornatum, remque xysto, omnis generis armis in- structo: ad aliud latus Eremitæ cella si u & structura, satis elegans spectatur: & dextrorsum à burgo hoc Mons Ili- ni: *Ager Senensis. Tornieri.*

Huic ad viam regiam offert se S. Qui- ici Castellum sive Burgus elegans mu- is clausus; & colli celso insidens, qua iam spectat Arcis in modum emunitus; ubi Magistratus residen. Habet ædem etustam marmoreis postibus decora- tam, Quirico tutelari suo D. sacram, un- de ei nomen est: habet & Monasterium S. Francisco sacrum: item Turrim anti- quam & circum eam ruinas ædificiorum Romani operis &c. *S. Quirico.*

Hinc in oblongi montis fronte *Pien- iam* opidum vides & è regione ingentis molis montem *Tuniatum*, diversis fru ctibus, etiam alieno anni tempore, ab- undantem subjecta in collibus plura ca- stella sectantur; mediam verò planitiem, quam transiri opus est, haut pauci rivi secant. Proximè post Tuniatum jugum, sed depressa diremtus valle, eminet aliùs *Pienza. Montugnata.*

scopu-

Ager senensis Radicofani.

scopulus, in quo *Radicofanum* quadratum Castrum, cum totidem, ad angulos, propugnaculis, optimè munitum; & 300. militibus præsidiariis firmum; utpote quod in extremis Ducis M. finibus situm est: infra rupem præcipitem pagus, & sub eo ampliſſima *Taberna*, quam Dux M. viatorum commodo exstruxit: Hinc ad Palliam fl. Pons Centinus exiguus pagus Pontificii juris est.

Alla Paglia

Ager maritimus Tuscia & Terrestris fertilitas.

Hæc de locis agri interni sive terrestris, Magni Ducis; maritimus non æque cultus est, sed colonis infrequens, maximè Pisanus & Senensis ille qui vulgo *Marenna* dicitur, ob cæli vitium: alibi ubique Senensis omnibus rebus ita abundat, ut etiam vicinis suis elargiatur, & aliorum subsidio ferè nunquam indigeat: Florentinus frumenti quidem indignus sed vino & animalibus ceterisque ad vitam necessariis unâ cum Senensi affluit, inprimis vino quod hic præstantissimum gignitur: excellit autem *Trebianum*, Apianum, Senense, quoque in agro Vulsinio, aut ad opidum Montis Falconis premitur.

Livorno.

Cæterùm ad oram maritimam plures sunt Portus, sed primus & nominatissimus est Lyburnus, non admodum amplus, sed tutus; & Tuscíæ miraculum:

Ad-

dſtruxere Duces opidum Novum & *Ora* legans, unicum pene Ducis ad mare *maritima.* mporium : munitum unà cum Portu, Arcibus elegantiſſimis & optimè inſtructis: Armamentaria quoque habet inſtruciſſima : & militem præſidiarium numeroſum: Liberum à tributis & ſubſidiis quoque Dux reddidit, ut ſit aſylum mercatoribus omnium nationum; quos lucra magis & commercia huc trahunt, quam cælum ſive aër qui omni tempore hic adeò noxius ut opidum ferè incollis vacuum & minimè populoſum ſit.

Palatium Ducis magnificentia, ampli- *Palatium Ducis in eo.* tudine & pulchritudine ſpectandum eſt; Domiciliumque præbet Gubernatori, ſitus ejus in foro, ſive Area, medioque opidi cinctum eſt ædificiis æqualiter extrinſecus pictis, quo genere ornamenti ſplendet ubique opidum : in Aream hanc exeunt & finiuntur tres vici ſive plateæ magnæ, pulchro vivoque lapide ſtratæ.

Inter eccleſias ſpectatiſſima eſt, ſtructuræ elegantia, quam *PP. Obſervantinorum* vocant.

Præjacet in mari ad 1000. paſſus ſcopulo impoſita ingens Turris, è cujus faſtigio noctu fax ingens navigantibus prælucet. *Pharus*

Præ-

Ora maritima.

Præterea ab hoc portu Piſas uſque (xv. mill.) Dux foſſam perduxit in Arnum fl. per paludes intermedias, ita ut navigiis tectis ultrò citroque merces impendio parvo comportari poſſint: *Stagna intermedia* quotidie ferè occupata ſunt pluribus anſeribus, & anatibus aliisque volucribus ſilveſtribus & fluviatilibus, mare verſus ſilvas habent, refugium ferarum, Ducisque Vivarium: Propius Piſas Abbatiam præternavigas *S. Petri in gradi* ut vocant, quæ eſt una eccleſiarum quas S. Petrus inter primas ædificari fecit.

Foſſa hinc Piſas.

S. Petro in gradi.

Reſignano Vadi.

Porrò ab hoc Portu ſequitur mons niger paulum à litore abſitus, inde Reſinianum, & alterius ad fl. Cecinam Vada Volaterrana antiquis, quod cænoſum hîc mare ſit, & vix navigiis tranſmittendis ſat profundus gurges. recedentibus hic plus æquo marinis aquis viſuntur quædam ædificiorum rudera, Vadorum veterum fortè pars.

Bulgari.

Trans Cecinam fl. ora Gerardeſca occurrit, & in ea inrerius *Bulgarium* opidum, frumenti fructuumque copiâ mirè adfluens, ſed aquarum dulcium inops.

T. di S. Vincenzo.

Sequitur *S. Vincentii Turris* ad litus: Hanc inter & Promontorium Populonium in ſaltu ſilvoſo, tribus ab litore paſ-

passuum mill. murus occurrit spatiosus, cum magna fontium puteorumque copia, Amphitheatri parte & aliis pluribus antiquis monumentis *Vetuliam* accolæ nominant, & silvam, Vetretram, unde conjiciunt Vetuloniam hic stetisse, urbem inter XII. Etruriæ præcipuas. *Ore maritimæ.* *Vetuliæ ruderа.*

Procurrit mox in æquor ora peninsuiæ in cujus colle, prope portum *Baratum*, Populonia Verus fuit: infra quam ad alterum Promontorii latus, ex ruinis *Populoniæ*, Plumbinum, ut creditur, surrexit, sub Dominio hodie Regis Hispaniæ, opidum nobile & elegans: suburbanos habens campos amœnos, vini, frumenti, olei, medicorum, aliorumque nobilium fructuum feraces. item fontem dulcis aquæ insignem, mare piscibus plenum. *Populonia P.* *Baratto.* *Piombino.*

Sequitur hoc Promontorium sinus maris ingens in cujus recessu interiore *Scarlinum* est colli insidens, in exitu sinus *Troja* insula, exiguo freto à continenti diremta spectatur: ulterius 10. mill. à continenti, *Æthalia* jacet insula, ferri metallis dives, & fertilis adeo ut exhausta, vigesimo rursus anno renascantur: ferrum autem ibi natum, in insula liquefieri nequit, alibi facile, obtinuit *hanc insulam*, unà cum aliis aliquot *Scarlino.* *I. Troja.* *Elva inf.*

(ut

Oræ maritimæ & aliæ inf.

(ut Borgonâ. Scopulo Meloriæ & Illyrio vulgo *del Giglio*) à *Carolo V.* Imp. *Cosmus* Dux, cedentibus eam Apianis, veris Dominis: qui eam ornavit urbe munivitque tribus egregiis Arcibus & munimentis. Urbem à se *Cosmopolim* dixit, eamque ornavit Palatio & ordine Equitum S. Stephani: instruxitque abundè Armamentariis, navalibus, omnibusque rebus urbi novæ utilibus, & ad rem maritimam ac commercia necessariis.

Cosmopoli.

Lago di Castiglione.

Ceterùm post insulam Trojæ in ora maritima spectatur *Lacus Castilionis*, nomen labens ab opido ad latus ejus sito in planitie: hunc sequitur *Vmbro* burgus, prope ostium fluvii cognominis positus.

Vmbrone.

Ultra umbronem fl. juxta amplum maris sinum, offert se Telamonis Portus novus, cum opido; Vetus autem ad intimam sinus oram ultra Osam amnem fuit; hujus Dominus est Rex Hispaniæ, uti & Orbetelli & Herculis Portus: Orbetellum enim hinc ultra Albenam fl. inter ambientis stagni sive lacus marini fauces humili situ, quasi demersum jacet; hic lacus sive sinus maris, ex adverso alium sinum, qui Portum Herculis facit, pæne contingit, & creat Peninsulam

Orbetello.

P Herculis M. Argentarius.

sive

sive Promontorium in cujus uno latere S. Antonii opidum, in altero Portus Herculis est: Mons Promontorii *Argentarius* audit, omnibus ad vitam necessariis mirè abundans:

Propè in continenti circa hunc montem ubi nunc *Ansedonia*, opidum Cosa fuit, quod ab incolis desertum scribunt, ob murium infestorum copiam. Atque hæc de M. Ducis Erruriæ ditionibus sufficiant, uti quarum hîc fines. *Ansedonia olim Cosa.*

Etruriæ autem partem sub nomine Patrimonii S. Petri Pontifex Max. possidet, & ultra Tiberim fl. Latium: Regiones ad mare Tyrrhenum sive Etruscum sitæ, omnium nobilissimæ; in Latio enim totius *Italiæ* versata fuerunt incunabula. hæc regio genetrix altrixque tot ac tantorum ingeniorum totius mundi sustinuit Arcem ac Capitolium, hæc famâ & scriptis antiquorum heroum inclyta, hodieq; ipsorum vestigiis & monumentis veneranda, mirificè nos docet, delectat & animat. Quanta enim luce mentem, per veterum scripta trepidantem, perfundunt crebra adeo occurrentia monumenta, ritus sive Historiæ priscæ memoriam nobis recolentia? Quanti & quæ arcani gaudii ista visio; cum non animo solum, sed pœnè oculis sese infe- *Latii laus.*

runt manes illi Magni; & ſola premimur preſſa toties ipſis: Quantum attollitur & grandior ſeſe fit animus aſpectu tot ſublimium & grandium rerum? profectò veræ virtutis & gloriæ cupidinem ingenerat viſa toties aliena gloria & virtus.

Origo nominis. Porrò Latium dictum volunt ab Saturno; qui patriâ profugus in his locis latuit: unde Vergilius VIII. Æneidos.

Primis ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademtis:
Is genus indocile & diſperſum montibus altis
Compoſuit legesque dedit, Latiumq; vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Saturnia quoque hinc audit: atque adhæc uſque tempora incolæ (præterquam in civitatibus) plerique ſunt rudiores & moribus agreſtibus, audaces confidentesque animis, ac corporis viribus non minus, quàm olim, præſtantes.

Fines Latii. Extenditur juxta mare Tyrrhenum, ac Tiberi flumine ab Erruſcis; Aniene à Sabinis & Marſis, Lyri à Campaniâ felice diſtinguitur: vocaturque hodie *Campania Nova* ſive Romana ad differentiam Veteris felicis: Regio eſt omnium rerum fertilis & abundans: nec olim magis

Fertilitas & amœnitas Latii.

quàm

quàm hodie ab Romanis Proceribus habitata & amœnè nitidéque culta: surgentes molliter colles, scatentesque limpidissimis aquis & viridantibus inumbrati nemoribus, purissimo cælo fruuntur, quamvis oræ maritimæ Latii & Etruriæ, gravitate aëris hodie laborent, incolisque ferè vacuæ sint & desolatæ.

Princeps, hujus, civitas est Roma, orbis terræ quondam caput, & nunc etiam ob Pontificis Maximi sedem omnium illustrissima ac celeberrima. Quamvis enim hodierna neque numero neque magnificentia tanta habeat, quanta olim vetus illa, cum maximè vigebat, habuit, quorum magnifica rudera & relliquiæ adhuc cum admiratione spectantur: *Attamen, si ad dignitatem Procerum quibus modò splendet: si ad numerum & magnificentiam Palatiorum, Templorum, Cœnobiorum, Xenodochiorum aliorumque ædificiorum: si ad pulchritudinem viarum, hortorum amœnitatem & sumtuosum ornatum; denique commoda rerumque omnium abundantiam respicias, facile concedes Romam, hoc etiam ævo florere*: Huc accedit quod usu multò meliora, utiliora & sanctiora hodierna Roma ostenter: Quid enim Amphitheatra, Theatra, Thermæ, Circi, Hippòdromi, similesque aliæ

Roma Nova.

Ejus cum veteri comparatio.

moles quibus Roma quondam ornata vel verius onerata fuit? Si materiem æstimes, architecturam spectes, miracula fuerunt; si verò usum consideres, officinæ ad luxum, ignaviam, libidinemque ferè comparatæ Longe alia hodiernæ urbis opera sunt scil. Templa, Cœnobia, Xenodochia aliæque ædes ampliſſimæ sumtuosè & magnificè structæ ut in iis & ritè colatur Deus, humanisque necessitatibus subveniatur. Quæ uti pia & salutaria sunt humano generi; tam multa, variaque & nitidè sumtuoseque ornata reperiuntur.

Situs ejus. *Situs ejus* plurimum quoque mutatus est, uti inprimis Campus Martius docet, ager quondam Tarquiniorum; deinde Publicus quidem urbis at extra urbē: jam quæras licet Campum Martium, urbem esse, & mediam urbem deprehendes, qui suburbanus fuit Campus: illic verò ubi Roma olim stetit, nudos prope colles, hortos & prata, ruderaque informia, aliquando iis locis Romanos habitasse testantia, videbis: Palatinus mons, subterraneis meatibus totus ferè pensilis, hortis est occupatus: nullus jam locus Romæ magis desertus quo apud priscos nullus erat frequentior: pristina propemodum montibus jam sua facies, & sua bobus pascua redierunt. Ce-

Ceterum uti *Roma olim* ſedes fuit Imperatorum & totius Imperii Romani caput: ſic & hodie Chriſtiani orbis caput eſt, propter Pontificis ibi Cathedram & Regimen: Præterquam enim quod ad mare Tyrrhenum poſſidet Latium & magnam Etruriæ partem, itemque ad mare Hadriaticum, Marcam Anconitanam, Urbinum, Romandiolam atque Ferrariam, inque mediterraneis Bononiam ac Umbriam, eique annexam Sabiniam, & ſic octo, amplarum ditionum & opulentarum ſit potens, quæ utrumque mare attingunt, & Dominatum in Italiæ meditullio inſignem ei conferunt; Inſuper Caput eſt Eccleſiæ & orbis Chriſtiani: regimenque ſuum per totum orbem terrarum extenditur: unde multi tradunt imperio ejus omnes Principes & ſtatus quoque ſeculares contineri, eique jus eſſe de Regum & Principum controverſiis judicium ferre: ac

Roma Orbis Caput. Pontificis Potentia.

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo:
Romana ſpatium eſt Orbis & urbis idem.

Aula quoque ejus, omnes omnium Principum Chriſtianorum Aulas dignitate & magnificentia ſuperat tantaque eſt ejus obſervantia, ut ne Cardinales quidem, qui Regibus dignitate compa-

Aula Pontif.

Cardinales.

rantur, urbe exeant, nisi petita & concessa licentiâ Horum ferè 72. sunt, & in urbe semper ad minus 40. vel 50, præsentes & non pauci Principes summisque Europæ familiis nati: in quorum electione Pontifex liberrimus est, quamvis non rarò Principibus gratificari soleat, multosque ob raram prudentiam & doctrinam in hoc Collegium alleget.

Legati Regum Omnes quoque Christiani orbis Principes plerique suos legatos Romæ in Pontificis aula habent, ut Pontificem observent, ac certiorem de rebus suis faciant, ne quid forte Resp. eorum detrimenti capiat ob Pontificem malèinformatum.

Regimen urbis civile. Urbis Regimen sub Pontifice est penes tria Collegia: quorum prius *de Brevibus*: alterum justitiæ; Tertium *de Gratiis* appellatur: Causæ criminales referuntur ad Gubernatorem, qui primum post Cardinales locum obtinet & plerunque Pontificem comitatur.

Provinciarum regimen. Ditiones sive Provincias suas seculares per legatos regit, qui ferè sunt magni nominis Cardinales, & raro ipsi in Provinciis suis degunt: in cæteris locis Gubernatores constituit, qui nihil magni momenti decernere possunt: sed ea referunt ad *Consultam* quæ Romæ bis singulis

gulis ſeptimanis haberur, conſtatque ex Principibus viris, qui ſumma brevitate & prudentia cauſas determinant.

Ad Regimen Eccleſiaſticum adminiſtrandum, quatuor ſummæ dignitatis officia Pontifex inter Cardinales partitur, quorum *Primum* eſt Magni Pœnitentiarii, ſub quo ſunt alii minores: *Secundum* Vicarii Papæ qui curat cultum divinum & Regimen Spirituale: *Tertium* Vice-Cancellarii (Cancellarii enim dignitas penes Papam manet, aut S. Laurentium in Damaſo) qui plurimos habet miniſtros ſibi ſubordinatos: omnes enim judices ipſi ſubſerviunt: etiam Auditores Rotæ, qui 12. ſunt, & magnæ dignitatis Prælati, rerum uſu & Doctrina preſtantiſſimi, de cauſis totius Chriſtianiſmi cognitionem habentes: horum Primus nomine Franciæ ſedet & eſt ferè Decanus: Secundus Germaniæ: Tertius Hiſpaniæ: quartus Aragoniæ: Quintus Portugalliæ: Sextus Mediolani: Septimus & octavus Bononiæ: Nonus Peruſiæ: Decimus Romæ: Duodecimus Venetiarum nomine, *Quartum* officium eſt Camerarii, qui plurimis gaudet prærogativis, habetque plurimos ſub ſe miniſtros, puta Auditores magnæ dignitatis, Theſaurarium

Regimen eccleſiaſticum.

Cancellarius.

Auditores Rotæ.

Camerarius.

generalem, Commiſſarium & 12. *Clericos*: qui omnes in aula & familia ſunt, Papæ & ſimul omnes, cum militibus 700. Portionariis 612. & Ripæ Præſidentibus 141. numerum 3000. excedũt. Præter quos apud Pontificem & in Aula ejus ſunt Patriarchæ, Archi-Epiſcopi, Abbates aliique Prælati plurimi.

ecclesia Romæ Patriarchales. v.

Intra urbem, quæ Caput eſt Eccleſiarum Papa ſub ſe habet quoque Eccleſias Patriarchales nimirum, S. Petri in Vaticano, S. Joannis in Laterano, S. Pauli in via Oſtienſi, S. Mariæ Majoris, S. Laurentii extra portam Eſquilinam. His Eccleſiis aſſignati ſunt, præter Papam,

Alia 7 Episcopales.

Epiſcopi ſeptem, qui olim Archipresbyteri, hodie *Cardinales* ſunt: ſcilicet: 1. *Oſtienſis*, qui eſt Campaniæ Patriarcha & Papam conſecrat; 2. Velitrenſis ſive Valerienſis. 3. Portuenſis ſive SS. Ruffinæ & Secundæ. 4. Sabinenſis. 5. Tuſculanenſis. 6. Præneſtinenſis & 7. Albanenſis.

Alia 28. Presbyteriales

Iiſdem Eccleſiis aſſignati *Presbyteri Cardinales* 18. hiſce titulis: videlicet. 1. S. Crucis in Hieruſalem. 2. S. Joannis & Pauli. 3. S. Srephani in Cælio Monte. 4. S. Suſannæ 5. S. Petri ad vincula. 6. S. Priſcæ. 7. S. Cyriaci in Thermis. 8. S. Marcelli. 9. S. Balbinæ. 10. S. Chryſogo-

ſogoni. 11. SS. Marcellini & Petri. 12. S. Anaſtaſiæ. 13. S. Clementis. 14. S. Pudentianæ. 15. S. Martini in Montibus. 16. S. Praxedis. 17. S. Marci. 18. S. Laurentii in Lucina. 19. S. Mariæ Trans-Tiberinæ. 20. SS. Quatuor Coronatorum. 21. S. Sabinæ. 22. SS. Nerei & Achillei. 23. S. Sixti. 24. S. Euſebii. 25. S. Vitalis. 26. SS. XII. Apoſtolorum. 27. S. Laurentii in Damaſo. & 28. S. Ciciliæ.

Iiſdem adjuncti ſunt Diaconi Cardinales XIIX. Habet & ſub ſe Papa in aliis orbis Regionibus IV. Eccleſias Patriarchales: quibus ibi conſtitutæ Eccleſiæ ſubſunt: hæ ſunt Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochenſis & Hieroſolymitana: *Diaconi Cardinales*

Quæ omnia non modò magnificentiam & dignitatem Aulæ Papalis: ſed & urbis frequentiam, ejusque ſupra alias majeſtatem & ſplendorem demonſtrant, uti in qua tot lumina, viri, inquam, illuſtriſſimi & opulentiſſimi lucent: Huc accidit quod ad hanc urbem, tanquam ad communem Patriam, undique peregrini ingenti numero confluant, ubi nullius perſonæ acceptio eſt, nulla inter nationes conſtituta diſcepania, omnes brevi temporis ſpatio in albo civium *Vrbis Romæ frequentia.* *Romæ communis Patria.*

deſcribuntur, primosque civitatis honores non multo negocio adipiſcuntur: & melius fortaſſe quàm ullibi ingenii induſtriæque ſuæ fructum præmiumque conſequuntur: denique fortunæ ſuæ favore & virtutis ductu ad maximas Aulæ & Eccleſiæ dignitates perveniunt.

Inſuper & Romam tendunt plerique vel Religionis ergo, vel clementiæ, vel juſtitiæ in ſuis negociis petendæ; quorum ingens quotidie multitudo expeditur: Multi etiam propter munia ſua aliasque cauſas in Aula reſidere coguntur: ita ut hæc civitas ferè 300000. hominum, maximam partem advenarum, alere dicatur.

Magiſtratus urbani. Verùm nec tacendum, quod Romani hodieque creant ſuos Conſervatores, Tribunos aliosque magiſtratus; Et Pontifex ipſis ſecundum morem veterem concedit Senatorem qui ſimul cum Conſervatoribus in Capitolio jus dicit; ibique populus concilium habet, muſicosque & tubicines. Atqui hæc ſpeciem potius quam vim gubernationis exhibent; etenim coram hiſce Tribunalibus, non niſi inter Romanos, rerumque minoris momenti controverſiæ decidunturceteræ & majores cauſæ coram Pontifice ejusque miniſtris, Vicario, Guber-

natore & Auditore Cameræ agitantur: & Concilii decreta omninò dependent à Pontifice, qui Baronum populique audaciam deprimens, absolutum & pacificum urbis imperium solus habet: ejusque auctoritate insigni omnia tuta ibi ac pacata sunt.

Verum Papâ defuncto & sede vacante, ingressisque conclave Cardinalibus, ut novum eligant Pontificem, omnia ferè tumultibus, conspirationibus, scelere & quovis flagitii genere sunt plena; neque in domo neque in foro tutus es: privatorum ædes clausæ; Cardinalium Palatia ferreis catenis circumsepta spectantur. Quilibet suo vivit genio neque quisquam superiorem dominumve agnoscit: donec Sedis Apostolicæ Marescallus vi militari eos cohibeat, & criminosos mox suspendat. Tandemque Novo creato Pontifice omnia rursus tranquilla sunt, & præ gaudio lætitiaque omnes exultant: Triumphum verò inaugurationis & Coronationis Novi Pontificis admirari facilius est quam describere: nam quæcunque mortalibus mira atque magnifica sunt, hæc omnia eo die Romæ conspiciuntur, diceresque omnia admiranda artium secreta, unà cum Naturæ divitiis eò simul confluxisse,

Status urbis sede vacante.

xisse, veterumque Romanorum majestatem excelsumq; animum resurrexisse.

Ceterùm urbs Roma Terrarum Domina, urbium Regina, flos atque oculus Italiæ, orbisque compendium pro dignitate laudari & describi non potest: uti quæ est Arx omnium gentium: theatrum ingeniorum, domicilium virtutis, imperii, dignitatis ac fortunæ, patria legum omniumque hominum, Fons disciplinarum, Sacerdotii & justitiæ, Religionis caput ac norma, & veritatis sedes æternâ:

Situs Romæ & aëris gravitas.

Sita est loco non admodum fertili, austroque objecta cæli gravioris, aër noxius urbem totam, colles pariterque valles infestat, maximè diliculo & crepusculo ante ortum & post occasum solis, quo tempore medici prohibent cives in publicum prodire: & verè ac utiliter in æde D. Verg. Mariæ supra Minervam hæc notantur:

Enecat insolitos residentes pessimus aër
Romanos, solitos nec benè gratus habet:
Hic tu quo vivas lux septima det medicinam,
Absit odor fœdus sitque labor levior:
Pelle famem, frigus: fructus semurque relinque,
Nec placeat gelido fonte levare sitim.

Scrip-

Scripsit verò doctè & eleganter de tuenda Romæ valetudine Alexander Petronius Medicus Romanus:

Dividitur urbs in Regiones 14. (olim verò in XIX.) nimirum: Montium, Columnæ, Pontis, Harenulæ, Pineæ, Compitelli, Trans-Tiberis, Trivii, Campi Martii, Parionis, Eustachii, Sancti Angeli, Ripæ, Burgi. Quæ omnes 4. partibus comprehenditur: quarum maxima *Vrbs* est finibus antiquis inclusa: Altera *Insula*: Tertia *Trans-Tiberina* dicitur à situ; quem communem habet cum Quarta, quæ *Burgus S. Petri* audit: Prima & ultima plurima continent spectanda & admiratione dignissima: hæc enim Domicilium habet Pontificis: illa septem complectitur Montes sive Colles, ruderibus antiquitatum venerandos & conspicuos; præcipuè verò Capitolium Aventinum & Palatinum: *Regiones urbis.*

Ambitus murorum urbis est 13000. passuum locaque vacua ampla continet, hortis, campis & vineis relicta. Olim cum maximè floruit ambitus ejus fuit 30000 passuum, intraque & extrà muros densè habitabatur: Turresque continebat 740. quarum hodie supersunt circiter 360. quæ & indies concidunt. *Ambitus ejus.*

Portæ urbis.

Portæ Urbanæ antiqui nominis sunt

15. ſcilicet: *Flaminia*, quæ hodie *Populi*; Gabiena: quæ *S. Methodii*: Collatina, quæ *Pinciana*: Ferentina quæ *Latina*; Quirinalis quæ *Agonia*: Capena quæ *S. Sebaſtiani*: Viminalis quæ *Pia* ſive *S. Agnetis*: Oſtienſis vel Trigemina; quæ *S. Pauli*: Tiburtina quæ nunc clauſa eſt; Portuenſis quæ nunc *Ripæ*: Eſquilina quæ *S. Laurentii*: Aurelia quæ *S. Pancratii*: Nævia quæ *Major*: Fortinalis quæ *Septimiana* vocatur: Cœlimontana quæ *S. Ioannis* hodie dicitur & *Vaticana*. Præter quas Suburbanæ ac recentes ſunt 6. ſcilicet Turrionis: Subjecta: *S. Petri*; Julia; Caſtelli; *S. Spiritus* quæ olim Triumphalis, quamque nullus ruſticus intrare poterat.

Vie extra urbem. Vias extra urbem olim habuit 28. quarum hodie veſtigia non obſcura: nimirum, Appia, Campana, Valeria, Caſſia, Tiburtina, Tiberina, Setina, Portuenſis, Cornelia, Laticulenſis, Latina, Prænestina, Oſtrenſis, Laurentina, Collatina, Nomentana, Quinctia Prætoriana, Claudia, Lavicana, Cimina, Flaminia, Ardeatina, Gallicana, Salaria, Æmilia, Triumphalis & Aurelia;

Intra urbem. Erant & in urbe: *Alta* Semita, in dorſo Quirinalis: Via *lata*: juxta ſepta Campi Martii: *Saburra* juxta radices Eſquiliarum;

liarum: Via *Sacra* juxta Arcum Conſtantini: Via *Nova* ad Thermas Antonianas: *Triumphalis* prope Portam Vaticanam: *Vitellia* ad Janiculum: *Recta* in Campo Martio: *Fornicata* juxta Flaminiam:

Colles mœnibus incluſi ſunt hodie decem: Capitolinus vel Tarpejus qui tempore Regis Tarquinii ultra 60. delubra, Ædes ſacras & Sacella cum altiſſimis Turribus habuit, & muris cinctus, Domicilium Deorum dictus fuit: in hoc, Capitolium: Templum Aræ cæli: Area Capitolina. Conſervatorum ædes: Curia Capitolina, & alia miracula ſpectanda occurrunt. *Colles in urbe 10. Capitolinus.*

Palatinus, ſubterraneis meatibus ferè totus penſilis & hortis occupatus; ruinisque deformis: Atque Mons qui tantæ urbi principium fecit, & ſolus habitatus fuit in quo ſedes Regia fuit & magnificæ ædes Auguſti, Ciceronis, Hortenſii & Catilinæ aliorumque; nunc omnino & omnium maximè eſt deſertus: oſtentat tamen Card. Farneſii hortos & Vineas, exiguumque S. Nicolai Templum cum aliquot ædiculis: item Arcum Conſtantini ſpecioſum & integerrimum & Coloſſeum ſive Amphitheatrum Veſpaſiani ſtupendum, quod capax fuit 87000 hominum ex candido mar- *M. Palatinus*

marmore ſtructum & à parte montis Viminalis adhuc integrum. &c.

M. Aventinus. *Aventinus*, prima Pontificum ſedes hodie *S. Sabinæ* vocatur ab Templo in uno duorum ejus jugorum poſito eleganterque & ſplendidè exculto: quod ab Anco olim vel Servio Rege Dianæ Aventinæ erectum fuit: in altero ejus jugo ſpectatur Templum S. Babæ Abbatis, ubi Tit. Veſpaſiani ſepulchrum.

M. Celius. *Cælius*, eo loco ubi hodie Templum & Xenodochium Palatiumque Papale S. Joannis Lateranenſis: & Templum S. Crucis in Hieruſalem: habuit præclara Tẽpla multa Ethnicorũ & aquæ ductus inſignes: in ſummitate ejus *ædes rotanda* *T. S. Stephani.* *S. Stephani* Conſpicitur, olim Fauno Capripedi dedicata, hodie Collegii Germanici gravibus expenſis egregiè exornata.

M. Eſquilinus. *Eſquilinus*: ubi hodie T. S. Petri ad Vincula, nixum viginti columnis ſtriatis, ornatumque cenotaphio ſumtuoſo Julii II. Papæ, & imagine S. Sebaſtiani: & alia clarus eſt hic mons ædibus Virgilii & Propertii, item Hortis Mecœnatis, qui hic olim fuere.

M. Viminalis. *Viminalis*, ubi T. S. Pudentianæ; & ædes ſplendida S. Laurentii in Panisperna: in dorſo ejus conſpiciuntur Thermæ Diocletianæ admirandæ vaſtitatis

ac

ac semidiruta, quibus tamen nullæ, Romæ sunt integriores. in eo & Crassi olim domus fuit, &c.

VII. *Quirinalis*, hodie Monte Cabal- *M. Quirinalis.*
lo; clarus domibus Salustii, Catulli, Aquilii, foroque & hortis Salustii, in hoc ædes æstivæ Pontificis videntur vastissimæ, cum Hortis amplissimis, qui ornatissimi & admirandi 200. fontibus vivis, item statuis & ambulacris arboreis, etiam hiberno tempore viridantibus: Pone eos est Palatium egregium Balduinorum; & Fons aquæ Virginis, quam M. Agrippa primus in urbem duxit: Claudius Imp. restituit, & denuò Papa Nicolaus V. refecit.

VIII. Ab his septem Collibus, *septicollis* Roma audivit; quibus accesserunt: *Collis Hortulorum* vel Pincius; hodie S. Trinitatis à Templo, Monachis Gallis, ibi ab Rege Ludovico XI. exstructo, dictus; extenditur ab æde S. Silvestri usque ad Portam Pincianam sive Collinam, secundum urbis mœnia. In hoc Colle Pincius Senator olim magnificentissimè habitavit, unde Collis & Porta vicina *Pincianæ* vocata fuit: Domus ejus vestigia in mœnibus apparent: in summo Colle concameratio est seu fornix, aut Arcus; pars Templi Solis: juxta humi jace- *Col. Hortulorum.*

jacebat obeliſcus ex lapide Thaſio, cum titulo: SOLI SACRUM: eſtque ibi puteus profundiſſimus.

M. Vaticanus IX. *Vaticanus*: ubi hodie S. Petri Templum & Palatium Papæ magnificentiſſimum: Hortique admirandi viſuntur: Adjacet *Adriani Imp. Moles*, quod ſibi & Antoninis ſepulcrum ſtruxerat opus amplum & ſolidum, nunc gradibus pertuſum ut commodè habiretur, machinisque reſiſtere queat, præſidiumque ſit ſummorum Pontificum, qui eò ſe ſecretò per Porticum ſive Pontem penſilem (vulgo *Curridorio* nominant) conferre poſſunt. olim Creſcentius quidam per vim tenuit & Urbem: nunc Pontificum eſt, & *Caſtellum S. Angeli* appellatur, ab Angelo, urbem gladio ibi propugnante: ſpectaturque in apice Angeli ſtatua.

M Ianiculus *Ianiculus* ſive Aureus mons, quia fulgida ex eo arena in ſcribarum uſus effoditur: extenditur ab S. Onuphrii templo uſque ad Trans-Tiberinam urbis Portam quam nunc Ripam vocant, ubi erat olim Naumachia: in hoc monte oſtentat ſe ædes D. Petri in M. Aureo, ab Ferdinando Hiſpaniæ Rege, cum Cænobio proximo, inſtaurata. Rotundum, Dorica ſtructura, adjacet Sibyllæ Tibur-

Tiburtinæ creditum Sacellum, quale illud quod Tibure videtur.

Ad finem urbis prope Portam Ostiensem *Testaceus* Mons altus pedes 160. occurrit: cujus ambitus est 2000. pedum: veterum Romanorum parsimoniæ monumentum, cum vasa tantum lutea in usu erant, ex quorum fragmentis hic mons conflatus fuit. Campus largus, inter hunc & Aventinum Hippodromus antiquitus fuit in quo Armilustrum actum. *M. Testaceus*

Templa Divorum in urbe supra 300. spectantur quorum multa antiquis Romanorum Diis sacrata fuere, & ferè pleraque quædam singularia habent. At Religionis causa septem maximè frequentantur. horum Primum meritò est Templum S. Petri in Vaticano fabrică, sumtu, magnificentiâ, marmoribus ornamentis & opere, omnia orbis terræ Templa superans: radiat intrinsecus auro, & Mosaicæ picturæ genere ornatum adeò splendidè est, ut adjici ad elegantiam nihil possit. *Templa Romæ.* *T. S. Petri in Vaticano.*

Portus juxta & plures Portæ sunt interque has Aurea quæ anno jubilæo tantum patet. In Area Templi quæ inter Porticum & Templum interjecta, *& Paradisus* vocatur, ingens *nux* est

pineæ

pinea ex ære fusa, & *duo ærei pavones*, translatiè Pyramide Scipionis Africani, integunturque *ænea crate*, porphyreticis columnis suffultâ. In Area ampla ante Templum *Obiliscus* superbit, mirandæ artis & altitudinis: estque unus ex IV. illis qui ad Mausoleum Augusti fuerant collocati: horum alter ante ædem S. Mariæ majoris: tertius ante T. D. Joannis Lateranensis: quartus ante D. Mariæ Populi ædem conspicitur.

Obelisci 4.

T. S Pauli. Secundum T., relligione magis frequentatum, est D. Pauli in via Ostiensi, amplum & pulchrum, & 114. columnis marmoreis innixum; habens marmoreum multasque antiquas Roman. inscriptiones; ac nullum Romæ Templum est exquisitius excultum: Curatur hodie (quia locus ob cœli inclementiam desertus) à Cistercienſibus Monachis, qui in Quirinali habitant.

Ab. 3. fontiū. Ulterius ad lævam relicta via Ostensi conspicitur Abbaria opulenta trium fontium: in cujus Porticu porphyreticæ sunt columnæ: trium fontium scaturigines Petrus Aldobrandinus eximii operis templo obtexit, hodieque manant perennibus & salubribus aquis, quæ non rarò ægris corporibus medentur: erupisse dicuntur simulac D. Paulo hîc caput ampu-

amputatum fuit illudque ter ſubſiliit, humumque pulſavit.

Tertium T. eſt S. Mariæ Majoris in via Eſquilina : auguſtum, auroque & mermoribus ornatum: nititur columnis marmoreis Jonici operis : Iſidi olim ſacrum fuit: Arca hic ſeu labrum quale ad Pantheon ; item ſepulchrum S. Hieronymi : Divæque Mariæ imago oſtenditur ab S. Luca depicta. *T. S. Mariæ Majoris.*

Quartum eſt S. Sebaſtiani extra Portam Capenam ; ſitum ad Appiam viam, loco depreſſo ac minimè ſalubri adſtat monaſterium, ſed deſertum : Templum ſimplicis eſt ſtructuræ, pavimento tamẽ marmoreo & tecto lapideo (ut plurima Romæ)ſpectandũ. ſub cancellis Stephanus PP. & Martyr conditus : Sacellum eſt ſubterraneum 12 gradibus: & Crypta ac Cœmeterium S. Calixti Papæ & Martyris, ubi reliquiæ amplius 174000. SS. Martyrium, & 46. beatorum ſummorum Pontificum corpora quieſcunt. Hujus Templi ab urbe diſtantia facit, ut interdum nimis æſtuante ſole, ejus loco S. *Mariæ Populi* ædem ſacram, Pontifice indulgente, pii obeant: Templum eſt elegans ad portam Flamineam, ſi-ve populi, poſitum, in quo multorum Cardinalium ſepulchra exſtructaque *T. S. Sebaſtian.* *T. S. Mariæ de Populo.*

Sacel-

Sacella, pietatis ergo. Ante ædem hanc ampliſſima Area eſt, ſpectabilis Obeliſco altitudinis & pulchritudinis admirabilis; & fonte, ad pedem ejus marmoreum, eleganti: tribus item plateis in eam exeuntibus: ac denique civium frequentia hic ſæpè curſitantium, ſalientium & equitantium, aliisque modis ſe exercentium & oblectantium.

Appia via. Porrò Templo S. Sebaſtiani adjacet delubrum amplum & rotundum: 100. ingentibus marmoreis columnis ſuſtentatum, quod Sulla in ædilitate Marti Gradivo conſecravit: audiebanturque ibi hoſtium legati, quos in urbem nolelebant admittere ſpeculandi gratiâ; ejus pars maxima precibus S. Stephani Pontificis, ab Galieno Marti ibi ſacrificare juſſi, fertur concidiſſe.

Supra in eadem Appia via quadrati opidi mœnia integra conſpiciuntur: Prætorianorum militum ſtationem fuiſſe putant: Intus enim Area vacua eſt.

Sepulchrorum moles hic utrimque videas, cùm quadratas, tùm pyramides obtuſas, ac ſolidas; partim lateritio lapide, partim Tiburtîno ſtructas: Metellorum fuiſſe indicant inſcriptiones: unaque Ceciliæ Metellæ moles eſt rotunda, inſtar turris amplæ, ex quadratis mar-

marmoribus candidis, intus concava, & ſuperiori parte aperta, in circuitu inciſa boum capita, carne nudata, ut in ſacrificiis ſolet: putant antiſiuarii geminam hecatomben Metello factam in funere fuiſſe: nam & ad collis ibi radices *Echo* auditur, ut nuſquam gentium major: *Echo mirabilis.* octies enim integrum Poëtæ verſum articulatè refert, confuſè item ſæpius, ut plorantium ejulatus planctusque funebres nimium quantum multiplicentur; loco prope depreſſo ingentes ſunt Circi Hippodromi ruinæ, ut nusquam alibi integriores.

Ceterùm via Appia (ab Appio Cenſore Romano Capuam uſque deducta) ad miraculum uſque magnifica & ſumptuoſa fuit, & nullibi hodie magis integra eſt quàm apud Tarracinam & Fundos in finibus Campaniæ Romæ ſive Latii: ibi omnium prope ſigna conſpiciuntur, quæ eam habuiſſe literis proditum eſt: *ibi nigricantibus latisque ſilicibus ſtrata, & utrinque extantibus altius lapidibus ſolidata; ibi parvo ſpatio interjecta equitum peditumque ſaxa cernuntur: tum hinc atque hinc ædificiorum atque ſepulchrorum crebra ac clara monumenta quibus hæc viarum Regina ornata fuit.*

V. Quintum Templum religione celebre

T. S Ioannis Lateranensis.

lebrè est *S. Ioannis Lateranensis* in M. Cælio Pontificum M: Olim sedes: Basilica elegans, pavimento marmoreo & laquearibus inauratis: in qua coronam auream accipere Impp. solebant. Hic Arca fœderis: Aaronis virga, Divorumque reliquiæ multæ: Item porta sancta quæ ineunte anno jubilæo aperiri à Pontificibus de more consuevit, Protector hujus ædis est Rex Galliæ & inde ab Gallis plurimum frequentatur. Sextus V. *P. M. Palatium* magnificè à fundamentis instauratum adjecit, in quo Lateranensis sæpe Synodus Romæ habita fuerat: idem *Porticum* elegantissimam foro imminentem, & duplici contignatione elatam adstruxit: ut summi pontifices ex edito loco conspicui, populo benedicerent: Postea Pontifices ducti amœnitate Collium Vaticanorum, eò se receperunt, habitantque augustum palatium ad D. Petri ædem.

Palatium.

T. S. Crucis in Hierusalem.

VI. Sextum Templum est *S Crucis in Hierusalem*, quo ab *S.* Joannis æde brevis rectaque via ducit ab urbis mœniæ: munda & elegans ædes est, ab Helena Constantini Magni matre ædificata, cujus in ea sacellum egregiè ornatum: quod mulieres ingredi prohibentur, excepto anniversario dedicationis die 13. Cal.

Cal. Aprilis : olim Veneri & Cupidini sacra fuisse putatur ; in Horto Monasterii adstructi, rudera supersunt Amphitheatri antiqui : solum loci illius è Terrâ Sancta Hierosolymis advectum fuisse, inscriptio testatur, & Asylum ibi olim fuisse sub Romulo scribunt.

VII. Septimum & ultimum relligione clarum Templum est *S. Laurentii* extra *Portam Esquilinam*, juxta viam Tiburtinam 1. ab urbe mill. condita, jussu Constantini Mag. Imp. conspicua 36. columnis marmoreis aliisque ornamentis, reliquiisque S. Laurentii, S. Stephani, & aliis rebus. *T. S. Laurentii extra T. Esquilinam.*

Haut procul hinc in via Nomentana conspicitur ædes *S. Agnetis*, marmoribus incrustata : columnis item marmoreis 16. innixa, venerandaque Divæ ejus corpore. Prope adstat Fanum sphæricum 14. columnis marmoreis sustentatum, interiora opere vermiculato picta: Bacchi fuisse putant, quod in eo tumba porphyretica, cum geniis uvas calcantibus, summo artificio incisa, spectetur. *T. S. Agnetis.*

Hæc de VII. Templis Romæ ob relligione n celeberrimis: quorum D. Petri in Vaticano ; S. Pauli in Via Ostiensi, & S. Agneris, Portas habent æneas: quamvis & apud S. Joannem Lateranen- *T. D. Constantia. Bacchi olim.*

ſem aliquæ ſint, ſed parvæ: præter quæ & æneis portis conſpicuæ ſunt ædes S. Mariæ Rotundæ; S. Adriani: & SS. Coſmæ & Damiani.

T S. Mariæ Rotundæ.

S. Mariæ Rotundæ Templum à forma nuncupatum, olim Deorum omnium fanum fuit, & *Pantheon* appellatum; nunc omnibus Sanctis & B. Virgini, cœlorum reginæ, ſacrum eſt: Sphæricum eſt ædificium, quo nihil ſpectatur Romæ antiquius, integrius, & ſplendidius; perfectæ architecturæ ideam & exemplar exhibens. Conditor ejus M. Agrippa III. Conſul. ut inſcriptio probat. Lucem, quod feneſtris careat, per foramen, in ſumma fornice, apertum admittit: in medio puteus crate ænea tectus excipiendis pluviis deſtinatus: Altitudo latitudinem æquat & rotundum eſt, nullisque fulcris ſive columnis ſuſtentatur: Porticum habet elegantiſſimam ingentibus columnis 13. ex ophite lapide, nixam epiſtyliis Syracuſanis: Laquearia quæ rectum ſuſtinent ænea ſunt, auro perfuſa cum valvis & porta: Laminis olim argenteis coopertum fuit; quas Conſtantinus Heraclii nepos, cum reliquis ornamentis urbis abſtulit: ſubjectæ ſunt plumbeæ, à Martino VII. Pont. Max. Gradibus olim ſeptem qui rem-

templum ambiebant adscendebatur, nunc XI. descenditur: ut hinc urbem ruinis altiorem factam credas. Constat ex Thebano marmore durissimo, quem *Ophitem* vocant: Itali granitum.

T. S. Adriani in tribus foris, olim fuit Saturni in foro Romano: fuit & ærarium populi Romani, in quo pecuniæ publicæ servabantur: & Scipionis Æmiliani tempore 11000. librarum auri puri, & 92000. argenti, & cusorum nummorum numerus infinitus ibi fuerunt: instauravit Jo: Card: Bellajus, ut inscriptio præfert in epistyliis. *T. S. Adriani in tre fori*

Templum SS. Cosmi & Damiani, duobus ædificiis rotundum in Via Sacra, olim fuit Castoris & Pollucis; vel ut alii volunt Romuli & Remi: Hic tumulus Crescentii & Guidonis Pisani versibus inscriptus legitur. *T. SS. Cosmi & Damiani.*

Cryptæ subterraneæ quæ latebræ & sepulchra fuere Christianorum & Martyrum, plenæ venerationis & visu admirabiles (quarum & D. Hieronymus meminit) sunt quatuor: sc. apud S. Sebastianum extra P. Capenam: apud S. Agnetem extra Viminalem: apud S. Priscillam extra Flaminiam, & apud S. Pancratium in Janiculo, ubi suggestum è nitido & Porphyretico marmore cum *Crypta*

T. S. Pancratii.

teſſulis fulvi, viridis & purpurei coloris.

Xenodochia. Templis pietate proxima ſunt Xenodochia & Hoſpitalia in quæ infirmi curantur, tantâ magnificentia ſtructa & ornata, ut inter recentia urbis monumenta nihil ferè prædicatione dignius ſunt. que multa tam Publica omnium nationum & mortalium quàm propria ſingulorum populor: inter Publica eminet.

S. Spiritus in Vaticano, omnium ampliſſimum & pulcherrimum, ubi peregrini ſenio & morbo affecti libenter accipiuntur, tractanturque verè Chriſtianè medicorum & hominum ſumma curâ; ita ut & cives ibi, qui familiam non habent, ſuo ære libenter curentur: magnus hîc ægrorum & ingens quoque orphanorum & infantium expoſitorum numerus, quorum uſui hîc nutrices plurimæ & miniſtri aluntur: in ingreſſu utrinque 300. & plures cernis lectos: deinde in divergio totidem: & in Aula 100. pro ægrotis alio loco infantes piè & delicatè educantur. Conditum primò fuit ab Innocentio III. poſt ædificiis auctum à Xyſto IV: reditus ejus dicuntur annuè ſuperare 170000. aureorum.

Hoſp. S. Ioannis Lateranenſis. Secundum eſt *Hoſpitale S. Ioannis Lateranenſis* prope ductum aquæ Claudiæ verſus M. Cælium, opulentiſſimum quo-

que

que & ægris curandis accommodum: eſt etenim & ibi pharmacorum & medicorum copia: ut etiam divites curari ſeſe ibidem ære ſuo jubeant, in ejus area ſepulchrorum arcæ & Aræ videntur marmoreæ: labra balneorum & thermarum; marmoribus figuræ inciſæ. &c.

Cetera Hoſp. *Publica* ſunt

S. Salvatoris in M. Calio:

S Iacobi de Auguſta in valle Martia:

S. Mariæ de Conſolatione in Velabro:

S. Antonii in Eſquilino.

T. & Hoſp.

Propria ſingulorum populorum ſunt

1 *S. Mariæ de Animæ* in regione Parionis prope plateam Novanam Belgarum eſt & Germanorum, quorum & inopes ibi aluntur: adſtat & Templum ejus Divæ elegans in quo Cermani rem divinam faciunt; ab Hadriano VI. Batavo Ultrajectenſi ad Rhenum conditum: cujus & ibi cenotaphium ſumtuoſum: item Caroli Principis Cliviæ & Guilielmi ab Enckefiort Card. aliorumque Belgarum & Germanorum: Fores Templi marmoreæ ſunt, & altaria &c. Eſt &

S. Maria de Anima Germ. & Belg.

2 *S. Andreæ Hoſpitale Flandrorum prope Argentinam: dein*

3 *S. Ludovici, Gallorum:*

4 *S. Iacobi, Hiſpanorum.*

5 *S. Thomæ, Anglorum:*
6 *S. Petri, Hungarorum,*
7 *S. Brigidæ, Suecorum.*
8 *S. Ioannis Baptistæ; Florentinorum:*
9 *S. Ioannis Baptistæ prope ripam Tiberis; Genuensium, à Mediadusto Cicada conditum & dotatum.*

Sunt & aliæ ædes pupillorum multæ, quæ recensere nihil attinet.

Collegia & Seminaria. Hospitalibus succedunt Seminaria & Collegia nationum plurimorum, quorum XIX. ab Gregorio XIII. Pontifice, magno Ecclesiæ Catholicæ commodo Romæ instituta: uti

Col. soc. Iesu & Templ. 1. Collegium Soc. Jesu quo 200 aluntur, docenturque artes omnes Theologo & Sacerdoti necessariæ: ædificium est incredibilis magnificentiæ anno 1578 conditum. Templum paulum à Collegio abest: Alexandri Farnesii Card. impensis erectum, eo structuræ admirabili splendore ut inter pauca splendidiora excellat. sequitur

2. *Collegium Germanicæ gentis* alumnorum prope Templum S. Apollinaris vetustissimum (uti quod Apollinis fuit) Julii III. P. M. auspiciis cœptum & ab Gregorio XIII. egregiè dotatum: Hic prope fuit Domus Antonii.

2 *Neophytorum ex Hebræorum filiis &*
3 *Anglorum qui ob fidem Catholicam*
pueri patriam parentesque liquere.
4 *Coll. & Templum Græcorum alumnorum Catholicæ fidei propagandæ gratia constructum.*
5 *Maronitarũ è monte Libano Seminariũ.*
6 *Illyricorum Laureti, Romam translatũ.*
7 *Viennense in Austria.*
8 *Pragense in Bohemia.*
9 *Græcense in Stiria.*
10 *Olmucense in Moravia.*
11 *Brunspergense in Borussia.*
12 *Mussipontanum in Lotharingia.*
13 *Vilnense in Lithuania.*
14 *Claudiopolitanum.*
15 *Funense in Iapone.*
16 *Vsaquiensis Domus Probationis Societ. Iesu in Iapone.*
17 *Arimense in Iapone seminarium.*
18 *Anzuchixamene Seminariũ in Iapone.*
19 *Fuldense seminarium in Hassia.*

Sunt & alia Collegia Romæ, ut

Clementinum à Clemente VIII. fundatum
S. Thomæ Aquinatis ab Episcopo Custhæ in Minerva.
S. Bonaventuræ à Sixto V. in S. Apostolo
Capranicum à Cardinale Capran.
Nardinum.
Sapientia communis.

Biblio-theca. Ad Collegia ſpectant quaſi Bibliothecæ quarum Tres Pontificis in Vaticano Palatio: Una clauſa quæ eſt ſelectorum librorum, cui & altera adjuncta: Tertia, quæ vulgò omnibus diebus, non feſtivis per duas horas patet. omnium diſciplinarum artiumque libris Græcis Latinisque (ſi qui in orbe terrarum) in membranis exaratis, inſtructiſſima. Locus ejus & ædificium Muſis digna ſedes ornata & amœna, eſt, uti in qua lux ſimul & ſuavis aura, libros legentesque recreans, ex Hortis adjacentibus (quos Belvedere vocant) hauritur.

Aliæ Romæ egregiæ Bibliothecæ ſunt:
Collegii Canonicorum S. Petri in Vaticano.
S. Mariæ in Ara Cœli.
S. Mariæ ſupra Minervam.
S Mariæ de Populo.
S. Auguſtini.
Cardinalis Columnæ:
Sforciana, Farneſiana & Caſiorum, &c.

Horti Romæ. Hortos antiquitatis ſtudioſi Romæ habent amœniſſimos ſummi Pontificis, quibus ſeſe oblectare, animumque atque oculos paſcere poſſunt; nulli enim negatur aditus. Princeps omnium eſt Bolvedere in Vaticano, uti qui ornatiſſimus, ſumtuoſiſſimus, ſtatuisque ratis admirandus: item alii Horti in monte Quirinali:

inali: de quibus ſupra dixi. Tum & Vi-
bea Pontificis extra Portam Flaminiam
guæ Romanas omnes majeſtate ſupe-
rat, ex qua ad publicam utilitatem
fons irriguus in viam deductus: Colles
poſſidet omnes ad Pontem uſque Mul-
vium.

Sunt & plures extra hanc Portam Hor-
ti inſcriptionibus pleni.

Sunrque in urbe aliorum multorum
ædes ac Vineæ præſtantiſſimæ ac ſum-
tuoſæ maximè Cardinalium; uti *Caſio-
rum ad S. Onuphrii Portam: Columna-
rum: Magni Ducis. Vitellorum: Matthæio-
rum: Bellaij: Carpenſis: Soderinorum: Boc-
cacii: Ferrarienſis*: Viſei trans Tiberim:
Monachorum S. Petri ad Vincula om-
nes amœni refertique ſtatuis aliisque
antiquitatibus.

Palatia Magnatum & Cardinalium per totam urbem diſperſa ſunt & ſingula turres adjunctas habent: *Palatium & ſedes Pontificia* contigua eſt Baſilicæ S. Petri, in qua multa præclara præſertim Sacella, propter picturas Michaëlis Angeli & aliorum, unde etiam artifices exempla ſumant: Aſcenſus ſunt facilli-
mi & ædibus Palatinis accommodari ex omni parte, adeò ut & equo ad tectum uſque eas: ab hoc Palatio Pontifex per

Palatia in urbe Pontificis Latium & Caſtellum

penſilem porticum occultamque in Caſtellum S. Angeli nemine vidente ultro citroque commeare poteſt : Caſtellum hoc triplici ratione munitum, & omni apparatu bellico inſtructum eſt. Ejus cuſtodia viro ſpectato commendatur, qui poſt exactam ſeptem annorum Præfecturam, aut Cardinalis titulo decoratur, aut aliquot millibus aureorum donatur. In ea tres dies feſti magna celebritate quotannis peraguntur: funalibus paſſim accenſis, jaciendis ignibus artificioſis, & emittendis tormentis bellicis. Unus eſt 1. SS. Petri & Pauli die feſto penultimo menſis Junii. Reliqui duo iſtis diebus quibus illius temporis, Pontifex ſuffragiis 2. declaratus & coronâ 3. poſtea decoratus fuit; qui ſunt Pontifici hodierno Innocentio X. dies 15. Septembris & 4. Octobris: anni 1644.

Pal S. Marci & alia Pont. Sunt & Pontifici allæ habitationes æſtivæ: uti *S. Marci* ſumtuoſiſſimum & ampliſſimum Palatum, apud D. Marci ædem. & aliud apud S. Mariam Majorem: item Palatium Lateranenſe magnificentiſſimum, de quo ſupra: & aliud in Regione Trivii apud SS. XII. Apoſtorum ædem. Habet & in Hortis ſuis, ad viam Flaminiam ædificia ad æſtivas inambulationes, in vicinis collibus, ubi &

duo

duo obeliſci & Pyramis altiſſima: qui hortus plenus eſt inſcriptionibus & marmoribus; Fontemque habet ſummi artificii.

Palatium Cæſiorum Card. ad S. Onuphrii Portam adeo ſumtuoſè ornatum & artificioſis ſtatuis aliisque antiquitatum monumentis refertum eſt, ut vel hujus unius Palatii cauſâ Romam quis antiquitatis amans (ut cætera deſint omnia quæ ſunt plurima) ire debeat. Spectanda quoque Palatium *Balduinorum* ad M. Quirinalem *Riariorum* ad Portam Septimianam *Conſervatorum* in Capitolio: *Vrſinorum* infra Capitolium & in Campo Floræ & circo Flaminio: *Columnarum*: *Card. Alexandrini* & *Bufalorum*: ſub M. Quirinali: *Ducis Etruriæ* prope portam Pincianam: *Cancellaria* Papalis *Farneſianum* ad viam Juliam: *Curia Sabella*: *Callotii* in Campo Martio: & alia quam plurima. *Pal. Caſiorum*

Hæc de Palatiis. Pontes Lapidei ſupra Tiberim 6. numerantur: Primus Pons Mulvius eſt extra urbem 2. lapide in via Flaminia: M. Scauro Cenſore exſtructus, ſæpe everſus & ab aliis refectus hodie priſcæ ſtructuræ præter fundamenta habet nihil. Prope hunc pugnando Conſtantinus Magnus vicit Maxen- *Pontes Romæ. Mulvius.*

tium urbis Tyrannum qui ne in Triumphum duceretur, equo in flumen se præcipitavit & periit: in Constantini verò honorem Arcus est erectus, qui est inter Amphitheatrum & Septizonium Severi.

P. Ælius. Secundus est Ælius Pons, quem S. Angeli vel Castelli vocant hodie: eum & imminentem Ponti Molem Ælius Hadrianus Imp. excitavit munimentum potius cinerum suorum quàm receptaculum. Statuæ utrinque Principum Apostolorum affabrefactæ ab Clemente VII. Pontifice M. locatæ, cum Tiberis inundans urbem Pontemque valdè deformâsset. In hoc Ponte spectabis è regione Xenodochii S. Spiritus, ruinas *Pontis Triumphalis*, ita dicti quòd per eum triumphus duci solebat. Vaticanus quoque audiit quod Vaticanum urbi adnectebat.

P. Triumphalis.

P. Aurelius. Tertius est *P. Aurelius* seu Janiculus regionem Trans-Tiberinam urbi jungens: olim marmoreus re & nomine post bellis civilibus fractus, Pons Tortus vocatus, tandem à Xysto III. P. M. magnifice restauratus Pons Xysti nominatus fuit.

P. Cestius. IV. Sequitur ad Insulam Trans-Tiberinam (quæ olim Æsculapio: nunc S. Bartholomæo sacra) *Pons Cestius* sive Esqui-

Esquilinus Trans-Tiberinam Regionem cum insula conjungens à Valentiniano & Valente Impp. ut inscriptio testatur, instauratus. Hodie Pons S. Bartholomæi, à vicino Templo, quod Æsculapii fuit dicitur: est & in hac insula *S. Ioannis* Baptistæ olim Jovis: Fauni ædis inundatione eversæ, ingentes ruinæ apparent, in superore insulæ parte.

Pons Fabricius.

Pons Fabricius, qui & Tarpejus insulam urbi conjungit, è regione Theatri Marcelli: Hodie P. 4. Capitum vocatur, ab Hermis marmoreis quadrifontibus hic erectis: Sacella Solis & Lunæ utinque posita sunt: Transito hoc Ponte ad lævam habes Judæorum tractum muris & Portis cinctum, horum hîc ingens numerus 8000. numerant certis diei horis exire eis licet, & redire debent; & nisi Papa eos protegeret, omni momento ludibriis & injuriis exciperentur.

Judæorum Regio.

P. S. Mariæ Palatinus.

VI. Sextus *Pons S. Mariæ* Trans-Tiberinæ: sive S. Mariæ Ægyptiacæ, à vicina æde S. Mariæ Ægyptiacæ ruptus apparet. olim Senatorius dictus & Palatinus, quod Senatores per eum ad consulendos libros Sibyllinos in Janiculum religiosè graderentur, & in Palatium ad Impp. ædes redirent.

Inferius è regione Naumachiæ sive

P. Æmilius. Navalium reliquiæ Pontis ſublicii conſpiciuntur, in quo Horatius Cocles impetum hoſtium ſolus ſuſtinuit. hic ab Æmilio Lepido lapideus factus *Æmilius* vocatus fuit: deinde ab Antonino Pio è marmore reſtauratus *Marmoratus* audiit: & quia cæteris excelſior fuit, noxii mergendi ex eo præcipitabantur; & Chriſtiani quoque non pauci cæco illo ævo:

Aquæ urbis. *Aquæ in urbe* Tiberis & Almo fluvii; dein reliquiæ fontium ex veteribus ductibus, quarum licet plurimæ fuerint, paucæ tamen urbem nunc ingrediuntur:

Almo fl. *Almonis* rivus non longè ab Urbe occurrit, qui Romam influens, ſub Aventino Tiberi ſe inſinuat.

Aqua virgo *Aquæ virginis* Fons humili & depreſſo aquæ ductu per cuniculos & tubos, à vicina Pontis ſalarii, per Portam Collinam ſub Hortulorum colle & per Martium Campum influit: hodie *Fonte di Orcio* vocatur: hujusque aquæductum inſtauravit Nicolaus V. anno 1554. ſolaque hæc aqua de tot aquæductibus (olim tantis ſumtibus in urbem deductis) civium uſui ſuperſtes manſit.

Fons felix. *Fontem felicem* de ſuo nomine ante Pontificatum Xyſtus V. trino gurgite

in

In urbem induxit ad Viam Piam. insignis est marmoreo simulachro Mosis, rupem virgâ tangentis; aquæ ejus limpidæ sunt & salubres:

Alsietina quoque aqua, quæ ex Alsietino lacu extra Portam Aurelianam per aquæ ductum non altum in Thermas Philippi & Naumachiam Augusti fluebat, ab Innocentio VIII. per Vaticanum restituta est: & Aqua *Solonia* deinde à Pio IV. Pontifice; aliique Pontifices alias aquas, fontes & aquæductus instaurarunt. *Alsietina.* *Salonia.*

Porta Tiburtinâ sive S. Laurentii, sumtuoso aquæductu inducitur in Urbem squa *Marcia*, quem Q. Marcius primùm extruxit, post vetustate consumtum restituit M. Agrippa: aqua hæc deducta per 35. mill. derivabatur ad Thermas Diocletianas, locaque vicina: salubris enim est & potui apta: Inscriptum aquæductui legitur IMP. CÆS. D. JUL. AUGUSTUS: PONT. MAX. &c. *Marcia.*

Ab altera, hujus portæ parte ingrediebantur aquæ *Tepula* & *Iulia*. hujus scaturigo distat aburbe mill. 6. illius 11. uti quæ ex Fræscatino agro oriebatur: *Tepula* *Iulia.*

Arcus qui per Næviam (hodie *Majorem*) portam in Urbem tendunt, & per dor-

dorſum Cælii Montis ad Lateranenſe Templum uſque ad Aventinum pertinent, ſunt aquæ *Claudiæ* ductus, qui omnium altiſſimus & longiſſimus, per 40 mill. ab Claudio in Urbem derivatus ſummis impenſis, uti in quod opus inſumti $7\frac{1}{2}$ noſtri milliones, ut Lipſius ſupputat: ejus pars major in Aventinum deducebatur: pars in Palatium: reliquum in Capitolium.

Claudia.

Campi in Vrbe *Campi* in urbe multi: quorum nominatiſſim. 1. Vaticanus amplus juxta Palatium Vaticanum: ex quo per Portam Angelicam itio eſt in Prata Quintii, quæ alii Pincii fuiſſe autumant: locus eſt amœniſſimus, quo juventus Romana ambulando laxare animum ſolet. 2. Agonius, hodie *Platea Navona* forum ampliſſimum Circus olim fuit Agonalis, in quo ludi & certamina à Numa Rege in Jani honorem inſtituta celebrabantur. 3. Fegulenſis 4. Judæorum 5. Flora & 6. Fliſcus aliique.

Fora. *Fora* itidem varia ſunt; *Piſcarium* juxta Judæorum regionem; & *Olitorium*, hodie Platea Montanaria prope Capitolium, iis adhuc eſſe locis dicuntur ubi fuêre antiquitus *Suarium* & *boarium* ubi olim Romanum; Area eſt per *Septimii marmoreum Arcum triumphalem* uſque

ad

d Templum S. Mariæ Novæ ſe extenens, in circuitu attingens T. D. Hadriani; *Porticum Fauſtinæ*, T. SS. Coſmæ & Damiani: T. Pacis rudera, T. S. Mariæ Novæ, *Arcum Titi*, Hortos Farneſianos, & Reliquias T. Jovis Statoris, *Piſtorum* num Forum eſt prope S. Mariam Rotundam: alterum in vico Judæorum: tertium prope S. Laurentium in Damaſo; cui juncta Baſilica quam Cancellariam Papalem dicunt: ſtructa è marmoribus Arcus Gordiani, & ruderibus Magni Amphitheatri, quæ ſuppeditabant; Nam totum dirui Pontifices vetuere, ne tantæ rei ſpectaculo poſteri privarentur. Quartum Forum Piſtorum eſt ad Pontem Æliani: Conjuncta ſunt ferè Laniena & *Macella* Piſtoribus: *Cancellaria*

Commune omnium mercium & rerum venalium *forum* eſt in Campo Agonio.

Platea ſive viæ urbis multiplices ſunt quas Sixtus V. recto tramite per urbem ſtatuit ſumtuoſè: *Platea & Domus.*

Ædes civium ſatis bellæ: & partim veruſtis monumentis, marmoribua, picturis: partim hortis, fontibus, nymphæis exornatæ.

Porticus Novæ præcipuè 3. ſunt, 1. Benedictionis ad Aream Palatii S. Joannis Lateranenſis, de qua ſupra 2. In *Porticus.*

Vati-

Vaticani Palatio quatuor contignationum, trianguli inſtar circumducta; cujuſlibet contignationis 30. ſunt Arcus, egregiè picti: eſtque hæc aperta. 3. Verſus hortos Belvedere operta eſt, de ſua ſupra.

Antiquitates in genere. Hæc in genere de iis quæ Romæ inſignia, & ſpectanda, præter urbis quondam triumphantis atque orbi terrarum imperantis antiqua monumenta plurima; giganteæ profectò molis opera; ſi prolapſas in ſolum, velut è montibus, teſtudinum ac fornicum vaſtas rupes, ſi turrium atque murorum immanes ruinas intuearis in Thermis, Templis, Amphitheatris, Circis, Aquæductibus, Theatris, Arcubus Triumphalibus, Porticibus, Columnis, Obeliſcis; Coloſſis, Pyramidibus, Naumachiis, Septiſoniis, Equis, cæterisque publicis ædificiis multis: *Stupet non illiteratus hoſpes, nec ſatiari contemplando poteſt, incidens in* Amphitheatrum T. Veſpaſiani *ſupra ſeptem mundi miracula Martialis Poëtæ elegantiſſimo epigrammate laudibus evictum, Pantheon Vipſanianum; Thermas Caracallianas, Conſtantianas atque Diocletianas, Provinciarum quaſi in Amplitudinem extentas, ac urbium magnarum formâ. turribus mœniisque altiſſimis ſeptas. Miratur*

tot marmoreos Arcus Triumphales, columnas, cochlides, armorum atque bellorum expeditiones sculptis ad vivum imaginibus referentes; Pyramidum ingentia saxa, & obeliscorum trabes immanes, quarum evehendarum ob causam naves fabricatæ fuerunt, ut veluti juga montium per fluctus iratos transportarentur: Quid referam giganteos ex uno saxo colossos? Castorum ἱπποδάμων cum equis exultantibus, atque fluviorum ingentium prostrata corpora? tot ex ære marmoreque pretioso & rari generis statuas artificiosissimas, columnas ingentes, vasa, labra, conchas, soliaque balnearia capacissima, quæ in thermis balneisque publicis olim usui fuere, sicut & illæ cathedræ pertusæ ex Numidico leucostroto durissimo perpolitæ in Lateranensis Basilicæ Porticu, vulgi fabulis infames. Quæ omnia hîc accuratius describere alterius totius voluminis materia fœcunda foret; concludam cum Propertio:

Omnia Romanæ cedant miracula terræ
Natura hic posuit, quicquid ubique fuit.

Et Martiali *Terrarum Dea gentiumque* Roma, cui par est nihil & nihil secundum. Et aureis D. Chrysostomi verbis: *Romam diligo & celebro, non propter columnas*

lumnas & alia ejus opera magnifica & sumtuosa: sed propter columnas illas Ecclesiæ Petrum & Paulum: Non ita cœlum splendescit, quando radios suos Sol ex sese dimittit; quemadmodum Romanorum urbs duas illas lampades ubique terrarum effundens:

Sancta est, Sanctorum pretioso sanguine Roma.

Urbes Episcopales Latii. Huc usque de Roma: cereræ *urbes Episcopales Latii* sive Campaniæ Romanæ sunt Ostia: Portus, Velitræ, Albæ: Tusculum: Prænestе: Tibur: Segnium: Anagnia, Ferentinum: Alatrum: Verulalum, & Terracina: & quidem

Ostia. 1 *Ostia* ab Anco Martio primum condita fuit, qui & Salinas adstruxit hodie superstites: sumtuosis dein tractu temporis exculta fuit ædificiis: Postea ab Saracenis destructum restauravit Leo IV. P. M. munitissimam tandem qualemque nunc videmus, reddidit Julus II. Turrim in propugnaculo excitavit Martinus V. adeo ut non inculta sit urbs, quanquam prisci splendoris vix signum haber. Sita est ad lævum Tiberis ostium:

Porto. sicut 2. *Portus* ad dextrum (duobus enim alveis Tiberis in mare exit) quem Claudius Imp. magnitudine animi Potentiæ Reip. Romanæ condignum perfecit.

ecit. Trajanus deinde urbem ad Portum
melius reſtauravit, Portumque ſimul
nterius tutiorem reddidit: natus hîc
uit Formoſus Pont. Max. qui regnavit
nno 892.

Inter has urbes & geminos Tiberis alveos Inſula eſt paludoſa, quam Procopius *Sacram* dixit: in hac multa magnæ ſtructuræ marmorum fruſta cernuntur; reliquiæ haud dubiè ædis Caſtoris & Pollucis, & Phari altiſſimi aliorumque veterum Portus ornamentorum. *Iſola ſacra.*

3. *Velitræ* ampla & populo frequens urbs eſt, ſita in placido tumulo juxta viâ Neapolitanam amœnè: olim Volſcorum fuit urbs præpotens, & ex ea Octavia gens ad Romanæ urbis & orbis terrarum imperium prodiit. Ager ejus egregiè fertilis & ob Romæ vicinatem villis & hortis nobilium plurimis expolitus. *Velletri.*

4. *Albæ* hinc mare & urbem verſus jacet; ejus conditor fuit Aſcanius Æneæ filius, ſed hodie planè deſerta eſt niſi quod *Savellum*, in angulo ejus, Caſtellum modicum ex ruinis ejus erectum putetur; hinc nobilis Romæ Sabelliorum familia. Quanta olim Albæ fuerit magnificentia, moles ibi & rudera teſtantur: *Albano.* *Savelli*

5. *Tuſculum* opidum priſcis celebratum, poſt ultimam ejus everſionem, auſpi- *Tuſculani.*

auſpiciis Pauli III. inſtaurari cœptum, ſed minore amplitudine: Hic loci, villæ veterum plures fuere, uti Horatii; Ciceronis, ubi nunc Cænobium *Grottaferrata*: Lucilli ubi nunc Fraſcatum; Mariana, ubi nunc Marinum *Columnæ familiæ* opidum in colle ſitum; item Portiorum aliorumque.

Fraſcati. Marino. Paleſtrina.

6. *Præneſte* quoque opidum Columnarum eſt, priſci Latii celeberrimum; ſitus ejus in declivi monte ad Veneſtrim fl. in ſummo montis Arx ſtructa: pluriмæ hîc reliquiæ viſuntur antiquitatum; præcipuè in æde Epiſcopali: & ad radicem Montis Caſtellum aquæ, cujus fornices 9. alti & ampli, ſinguli habent 4. oſtia. Non longè abeſt *Capranica*, opidum Capranicorum, Romæ nobilium origine clarum: & ulterius.

Capranica.

Tivoli. 7. *Tibur* ad Anienem fl. ſitum 12. M. P. ab Urbe, opidum antiquiſſimum & celeberrimum, & olim cultiſſimum uti rudera, in complexu ejus olim, ſumtuoſiſſima teſtantur. Hodie Prætorium & Horti Ateſtinæ Card. Farrarienſis ſtatuis antiquis, picturis & omnis generis regio ornatu celeberrimi famam dant uti quæ non minus quàm Roma ipſa ſpectari mereantur: omnia hic magnifica, amœna, admiranda; cœlum temperatum;

atum ; locus ab aquarum fontiumque opia ſaluberrimus ; inter cæteros eſt n monte ſublimi Fons *Albuneus*, à quo ibylla *Albunea* Tiburtina cognomina- a : ſunt & aliæ aquæ medicæ plures uæ *Albunæ* vocantur. Prope eſt ſtupen- us ex alta rupe, in ſubjectos campos, præcepsque lapſus aquarum Anienis ùm maximo fragore : Itali *Caſcatam* icunt: nos cataractam.

Infra hunc prope colles Sermonetæ 8. *Segnium* & 9. *Anagnia* occurrunt; hæc ferè inteſtinis odiis deſolata jacet, ſuperbit nihilominus ortu Innocentii III. Gregorii IX. Alexandri IV. & Bonifacii VIII. Pontificum & aliquot Cardinal. Colles *Sermonetæ* opidi juxta *viam Romanam* uti ſaxoſi ita oleis operti. Prope in abrupto ſcopulo valida Arx conſpicitur. Sermoneta verò Ducatus titulo gaudet ejus Dux, è familia, Cajetana, Aurei velleris eques eſt.

Segni. *Anagni.* *Sermoneta.*

Altius 10. *Ferentinum*, 11. *Alatrum* & 12. *Verulanum* prope invicem ſitæ urbes rriangulum ferè æqualem conſtituunt. Ferentini Dion: Halo: lib 4. meminit dicitque in Foro ejus Concilium habitum : *Alatrum* quoque antiquiſſimum eſt, ut patet ex marmorea tabula, quæ ibi in veſtibulo ſummi Templi : *Verulanum*

Fereti-no. Alatri-Veroli.

num in edito colle positum est. Uti & proximè inferius *Frusinum* patria Hormisdæ Justi F. & Silverii Hormisdæ F. Pontificum.

Frusinone.

Piperno. Prope ad Viam Romanam saxoso in Colle *Privernum* conscendis: Novum scil. Verus enim Camillæ Virgilianæ Patria, ab hoc 2000. pass. plano in loco sterit, uti fundamenta & magnorum ibi operum vestigia docent. In descensu collis extra opidum pulcherrimus Fons spectatur: inferius versus Terracinam, elegans cum Templo Cœnobium se offert, *Thomæ Aquinatis* instituto & obitu ibi celebre, & hoc loci Forum Appii stetisse affirmant.

Fossa nova.

Hinc & montium angustiis egressus cernis ad sinistram continuos montes Terracinam usque exporrectus. Ad dextram Pontinas paludes latissimas, olim campos fertilissimos: olimque Pomeria urbe & 22. opidis habitatos, quæ nunc omnia aquis operta neque exsiccandi has paludes ratio excogitari potest:

Palude Pontina.

Terracina. Terracina, non ampla, sed frequens urbs est, cujus muri ex quadrato silice constant absque cemento: olim celeberrima fuit & intus extusque densè habitata, uti crebræ etiam nunc villarum atque ædium relliquiæ indicant, item magni-

magnifici Portus, ab Antonino instaura-
ti, vestigia, Theatrumque formâ qua-
drata extra ejus mœnia spectandum; si-
tus ejus in scopuloso monte: olim verò
propius ad mare stetit in monticulo
mari circumfuso unde Martialis:

O Nemus! ô Fontes, solidumque madentis arenæ Lib. 10.
Litus, & æquoreis splendidus Anxur aquis. Ep. 51

Et non unius spectator lectulus undæ,
Qui videt hinc puppes fluminis inde maris. Ep. 58

Et

Anxuris æquorei placidos Frontine recessus. Lib. 5. Ep. 1.

Et proprius Bajas Litoreamque domum &c. Dum colui. &c. Et Cajetæ. Circeæ. Taracinæ.

Seu placet Æneæ Nutrix; seu filia Solis:
Sive salutiferis candidus Anxur aquis.

Tarracina enim veteribus Anxur vocata fuit: ut olim; sic & hodie *Ager ejus* amœnus & fertilis, vitibus, citriis, Aurantiis, aliisque fructiferis arboribus abundans. Ab ejus Promontorio retracti introrsus montes theatrali figura, ambiunt virentem, alibi frequentibus arbustis, alibi marinis aquis restagnantē, planitiem. Sub horum Montium uno visuntur speluncæ aliquot, juxta quas *Villa* nativitate *Galbæ* Imp. clara. Spectatur *Ager ejus.* *Villa Galbæ.*

& prope hoc Promontorium in via Appia ſaxeus paries, in quo Literarum inæqualium, in inæquali diſtantia, artificioſè inciſarum, ſpectabilis æqualitas. Ulterius inter Terracinam & Fundos, in Appia Via, quæ hic ſpectatiſſima, Campaniæ Romanæ & Regni Neapolitani confinia ſpectantur; cum hac inſcriptione: HOSPES, HIC SUNT FINES REGNI NEAPOLITANI, SI AMICUS ADVENIS, PACATA OMNIA INVENIES, ET, MALIS MORIBUS PULSIS, BONAS LEGES.

Hæc de præcipuis opidis Mediterraneis Latii: in litore quod eſt inter Terracinam & Oſtiam hæc ſe offerunt; Primò Circæum Promontorium longo tractu in mare extenſum, ab Circe Solis filia veneficiis infami cognominatum: ſecretarum virtutum multiplicibus plantis & efficaciſſimis herbis monte abundare ſcribunt, atque inde fabulis materiam datam putant: ſi non potius Ulyſſis ſocios meretriciis, quàm magicis artibus in belluas transformarit: ceterùm mons eſt vaſtus & præruptus, continenti vadis ac paludibus Pomtinis junctus. Olim *inſula*: qua mari imminet, pluribus infra ſpecubus cavus, in quas horrendo ſonitu undæ illiduntur. Prædones

M. Circello.

ali-

aliquando his cavernis tecti improvidos nautas opprimebant: jam aliquot, per terepidines, dispositæ Turres, tormentis instructæ & militibus obsessæ, tutum mare faciunt: ceterùm Circeæ urbis, quondam claræ, rudera in monte reliqua sunt: steritque eo ferè loco: ubi nunc *S Felicitatis* Castellum: Arx munitissima interius structa refugium quondam Pontificibus fuit, crudelitatem Tyrannorum fugientibus, hodiè mons silvis ac fructibus densus, olim Imperatorum quoque amœnus recessus fuit: juxta Montem orientem versus Nymphæus fl. in mare volvitur: & occidentem versus *Astura*: prope cujus ostium Astura oppidulum, memorabile Ciceronis Antonium fugientis cæde; & fato *Corradini*, Henrici filii Frederici II. Imp. nepotis quem Carolus Inculismensis, primus Siciliæ Rex, securi hîc percussit. *S Felicità.* *Astura.*

Sequitur mox Antii Promontorium, ubi Portus fuit, quem Nero Imp. Antii natus, insanis operibus ornavit, cujus rudera ibi mersa ad tantum furorem undas excitant, ut consuetum maris fluxum impediant & non sine periculo naves hîc applicentur: Adjacet Antium ab *Antio* Circis & Ulyssis filio dictum, celeberrimum olim Fortunæ & Castoris æde: *Capo d'Anzio.* *Antio Vecchio.*

atque exilio M. Coriolani. Hodie urbis nihil extat, præter multas in silvis juxta litus ædificiorum ruinas, priscam urbis amplitudinem re ipsa demonstrantes.

Nettuno. In ejus vestigiis *Neptunium* ædificatum volunt, elegans supra abruptum litus opidum, cum Arce valida: in silvis vicinis Jovi Lucum sacrum fuisse putant: hodie aprorum, capreolorum, luporum & avium in his copia quarum venationibus incolæ fere victitant.

Ardea Hinc offert se Numicius amnis & juxta eum Ardea Rutulorum, Turni patria 5000. pass. ab mari posita: Trojam olim dictam refert Stephanus: hodie Columnæ gentis opidum est; & ager ejus sulphureis aquis putidos.

Lavinium. Hinc mox occurrit *Lavinium* Albæ mater ab Ænea, ducta Lavinia, conditum, in colle juxta amnem, in quo mersus Æneas nec usquam postea visus, in cœlum migrâsse creditum fuit. in eodem colle hodie *Patrica* stat, vel ut alii, Fanum D. Petronillæ. *Laurentum* verò Regum Latinorum civitas, ab Laurea silva nominata, stetit ubi nunc Paterno est & *Lanuvium* Milonis Patria ubi nunc civitas Lavinia.

patrica *Laurentum,* *paterno* *Lavenia Lanuvium*

Sabinia Tevere Hæc de Latio: cui annexa Sabinorum regio, uti quæ Aniene ab Latio & Tiberi à Tus-

Tuscia descriminatur, & ad Umbriæ fines usque extenditur: Tiberis fl. fontem ducit ex Apennini radicibus prope montem Cornarum in ditione Florentina; unde descendens mox Etruriam ab Umbris & dein à Sabinis dirimit ac Latium à Vaticano, plenusque aquis, post rursum 150. mill. passuum turbidus atque impetuosus duobus alveis in mare exit.

Anio vulgo *Teverone*, oritur è monti bus Trebanorum tresque lacus amœnitate nobiles, (qui nomen dederunt Subiacio opido) secum ducens, ad opidum Tibur magno cum fragore ex alta rupe decidit in subjectam vallem; Sabinosque ab Latinis dirimens per loca plana & fructuosa influit in Tiberim tertio ab urbe lapide, ubi opida antiqua Antemnæ, Collatia, Fidenæ in tenuibus incertisque vestigiis ostenduntur: Transitum ejus 4. dant Pontes. 1. Primus in *Via Salaria* prope ostium ejus, ab Narsete Imp. Justiniani legato, victis Gothis, ut inscriptio notat, factus. 2. Alter paulò altius, ad *Viam Nomentanam*, integer, sed ornamentis marmoreis denudatus: 3. Tertius *Mamolus* vulgo dictus, in *Via Tiburtina* ab Antonino Pio structus & ab Mammea Alexandri Imp. matre

Tevero-ne.

P. Mamolus.

restitutus ac marmore sumtuosè exornatus, quo tamen etiam spoliatus est. 4. Quarrus *Lucanus* audit haud procul infra Tibur, ubi moles conspicitur rotunda: & præclarum, in marmore, Pontis T. Plautii Silvani elogium: ceterum Anio est fl. celeberrimus, aspectu amœnus ac potu gratus: aquæ ejus multo perfusæ sunt nitro & mistæ Tiberinis bonitatem conferunt eis singularem adversus putredinem. Ebur & dentes abluti aquis Anienis candorem acquirunt: in ripa ejus leguntur amygdala, feniculum, anisum, aliaque candida in petram versa, quæ passim vocantur *Confetti di Tivoli*: juxta utramque ripam multa occurrunt loca antiqui nominis, uti Villa di Quintiliano; Villa di Vopisco. Vicavaro: Villa Cassia: Casa Corbola, Villa d'Adriano, &c.

Sabinia fines & fertilitas. Ceterùm Regio Sabina plurimis irrigatur amniculis, ejusque ditionis est, quicquid inter Lacum Velinum, Reate, Narem, Tiberim & Anienem continetur: Tota egergiè fertilis est oleis ac vitibus, multumque fert glandis & pecori producendo apta est, ut Strabo ait.

Rieti. Princeps civitas est *Reate* Episcopatu nobilis, sita ad fl. Verinum duobus (ante urbem, quia insula) Pontibus stratum, qui inde lacus aliquot perfluens, horren-

renda cataracta in Narem descendit. Agrum ejus *Italiæ fumen* Varro dicit, cujus tanta fœcunditas, ut pertica in eo relicta postridie non appareat præ herbis quibus interim convestita est: vocatur & Campus Floræ & vulgo *Campo pendente*, quod terræ ejus semper trementes sint.

Vicinus Reati vicus est *Phalacrina*, quo Vespasianum Imp. natum scribit Suetonius. *S. Sil. vestri in Falacrino Magliano.*

Infra Naris ostium longius, ad Tiberim & Campanum amnes, juxta viam Flaminiam *Malianum* est opidum Sabiniæ præcipuum, frequens & lautum aspero monte situm.

Altius ad Tiberim in ipsa via Flaminia inter fructiferos colles *Ocriculum* in colle spectatur amœno, ita ut à dexrris vallem despectet, quam Tiberis perluit egregio Ponte pervius. juxta veteris Ocriculi situm ruinæ videntur Turrium, Templorum, Thermarum, Aquæductuum: Porticus, Theatri, Amphitheatri & aliorum ædificiorum, quæ collapsa mole sua testantur, quanta hujus urbis olim fuerit amplitudo & magnificentia. *Otricoli.*

Inferius à Maliano ad Himellam amnem Episcopium se offert Monasterium, *Vescovio.*

cum ingentibus veteris urbis reliquiis, fuit enim hic loci Cures urbs, unde Quirites prisci prodierunt.

Abb. Farfa. Ad Farfarum amnem, deinde in pulchro Colle, Abbatia sumtuosè ædificata & ab monachis Germanis habitata occurrit, qui æstate mutandi aëris causa Subliacum (opidum Latii ad Anienem amnem) in S. Benedicti Cænobium secedunt. Cetertùm Farfarus amnis campos persecat pulcherrimos, & utrinque frondosis arboribus septus, amœna earum umbra regitur; frondes autem decidentes, quoniam in Tiberim defert; hinc Plautus: *Tanquam folia Farfari te dissipabo.*

Nerola M. Ritondo. *Nerula* inde perhonestum opidum ad Corresium amnem est & *Mons Rotundus*, olim Eretum, ad Alliam rivum, ubi Via Salaria Nomentanæ jungitur, prope Tiberim, locus nunc in Ursinorum est ditione.

Palumbaro. *Palumbaria* altius à Tiberi stans, patrimonium est Savelliorum familiæ Patritiæ Romanæ.

Lomentano. Inde propius ad Tiberim & juxta Salis rivum *Nomentanum* occurrit Albanorum olim colonia, à tribus fratribus deducta: Ex hoc opido Crescentius Romani imperii vindex ortus, auctor nobilis

bilis Crescentiæ familiæ. Prædium in hoc agro se habuisse Martialis ait lib. 1. & 9. Ad infimum Sabiniæ rivum, VII. 7. *balneorum* burgus conspicitur; & inferius Castrum Jubilæum, olim Fidenæ, de qua urbe Suetonius in vita Tiberii scribit quod Amphitheatri ibi lapsu 20000. hominum fuerint attrita.

Hæc de Sabinia cur juncta est Umbria, quæ habet à Meridie Sabiniam & Tiberim qui eam quoque occidentem versus ab Etruriâ & Territorio Perusino terminat; ad Septentrionem haber M. Apenninum; ad Orientem Aprutium & Velinum amnem: Regio hæc in situs sui varietate se quodammodo videtur oblectare: nunc enim altis asperisque quasi horret montibus; nunc collibus vestitur qui vini, olei, ficuum aliorumque fructuum mirè fertiles. nunc denique amœnissimas pandit planities nihil non frugum abundè ferentes. Hodie, quamvis non totam, Spoletinum ducatum appellant, ab *Spoleto* Regia olim Ducum Longobardorum, nunc Episcopatus & Ducatus nomine clara civitas & splendida omniumque rerum copia adfluens: situs ejus partim in plano, partim in colle, cui & Arx insidet munitissima ex vetusto Amphitheatro facta: ex

Umbria.

fines, & fertilitas.

Spoletum.

urbe lapideo aditur Ponte, qui magno artificio factus, pilis 24. grandibus sustinetur urbisque partem editiore loco positam, cum Arce, quæ est in alio colle, (quem modica ab urbe submovet vallis) adnectit: Arx à Propinquioribus Pontificis semper gubernatur: urbs populo ædificiisque frequens est, validis mœnibus firma, crebris Turribus conspicua, Prætorium habet splendidissimum ab Theodorico Rege Gothorum ædificatum, in quo Septem Viri Spoletani jus dicunt, quibus in consilio adsunt alii 60. Summa tamen potestas est penes Gubernatorem Pontificis. Spectantur hic, præter alia magni ævi ædificia & antiquitates residuas, Theatri fundamentum vetustissimum extra urbem *Concordiæ* fanum: formas ibidem sublimes ac solidas Aquæductuum, ex Apennini costis partim excisas, partim opere lateritio exima valle fornicibus in altum subductas.

Forma Reip.

Vrbes Episcopales Vmbriæ.

A Spoleto versus meridiem sunt Terni Narni & Amelia, versus Septentrionem Noscera, Fuligno, Assisio: ad Occidentem Todi, omnes urbes Episcopales.

Ceretto

Versus Orientem ad Narem fl. *Ceretum* est, novi nominis sed frequens opidum,

dum, à quo Ceretani vocantur *Errones*, qui per Italiam discurrentes, sanctitatis & religionis sub umbra, variis artibus emungere stipem consuërunt: adjacet prope *Tripontium* à tribus Pontibus, qui Nari & Corvo ibi confluentibus, instructi: Altius ad Corvum fl. *Cassia* est opidum frequentissimum. Post Cassiam 7000. pass. inter montes maximos *Nursia* jacet; patria D. Benedicti & Sertorii militari gloriæ inter Romanos celeberrimi.

Tripontium

Cassia

Norcia

Ternium urbs Episcopalis & populo frequens in ripa Naris dextra sita, olim Interamna audiit quod inter amnes; altissimam scil. ex Nare fossam ipsumque Narem sita sit: omnium rerum copiâ abundat. Agro enim insignis, ab fluviis est fertilitas; vinum profert notæ optimæ, Vernaccia vocant: Prata quæ hic irrigua, quartum; quæ non, tertium anno tempore secari tradunt columbæ & rapæ, hic non sunt vulgaris notæ: Urbem aliquando fuisse majorem veterum ædificiorum ruinæ; quæ circa sunt loquuntur in foro statua conspicitur, cujus basi inciſum: NEPTUNO SACRUM.

Terni.

2. Ab hac urbe inferius in læva *Naris* ripa Nequinum est ab difficili rupe in

Narni.

fœcundam vallem dependens cui immi-
net excelsior Arx quadrata: præterfluit
Naralbentibus aquis utrinque rupibus
coangustatus, cui Pons ex latere cocto
in Via Flaminia transitum jungit: Nec
procul, grandissimis innixi pilis, Arcus
quidam ingentes adparent nobilis ac
vetusti Pontis mirabili arte facti ex lapi-
de quadrato permagno, quo ab collis
qui citra flumen est, radicibus per am-
nem ad Narniam comeabatur: maxi-
mum id opus fuisse indicant rudera, scri-
bitque Procopius haut unquam Pontis
arcus altiores sibi visos. Haud procul
hinc versus Ternium conspitur in tumu-
Colli Scipoli lo opidum quod *Scipionis* vocatur *Collis*,
frequens opibusque adfluens, Scipio-
nem condidisse putant.

3. Ab altera, dextra scil. parte Naris
interius offert se non procul à Narnia
Ameli. antiqua civitas patria Roscii Amerini à
Cicerone defensi: Ager ejus uber est &
bonus, frumento, vino & oleo abun-
dans, colles amœnè passim vitibus & ar-
boribus fructiferis vestiti.

4. Hinc occidentem versus prope Ti-
Todi. berim in colle occurrit *Tuder*, antiqua
quoque civitas, sed civilibus discordiis
prope subversa, patria est Martini I.
Pont Max. situs ejus in amœno & fru-
ctifero

ctifero colle & hinc finitimos inter montes ad Tiberim Caſtella ſpectantur plurima: interque cætera inferius, modico in colle *Alvianum* inſignis muniraque Arx. *Alvianum.*

A Turderte Septentrionem verſus ad Tiniæ & Clitumni confluentes *Mæva-Bevagnia* ſe offert Propertii pattia: prope eſt pervetus Fanum marmoreum Clitumno erectum: Regionis hujus facies verſus Fulginiam inprimis longè amœniſſima eſt à Propertio decantata; *Fulginiæ Foligno.* autem urbis Epiſcopalis ſitus altiùs eſt ad Tiniam ſive Topinum amnem qui infra Mævaniam non procul à Perugia Tiberi ſe commiſcet. urbs elegans eſt orbicularis figuræ ac dives mercimoniis, conſtructa ex Fori, hic loci, Flaminii ruderibus, ab profugis ex agro Tudertino Tinia amnis eam perluit, haberque tribus in angulis tria, ſc. SSS. Auguſtini, Franciſci, Dominici monaſteria. Templum item D. Feliciani opus novum ſatisque pulchrum, in foro tria conſpiciuntur Palatia, in quorum uno habitant *Septemviri* Fulginates: ad quos primò civiles deferuntur controverſiæ magiſtratu fungentes trimeſtri: In altero *Prætor*, qui graviores cauſas judicat, ejuſq; munus eſt ſemeſtre. In Tertio habitat

Gubernator cui Pontificis nomine ſumma poteſtas eſt.

Non procul hinc in lævæ, Clitumni fl. ripæ collibus amœnis, opidum mon-
M. Faltis Falconis occurrit; nobile ortu S. Clarę Virginis: inter montes verò Septentrionem verſus conſpicitur lacus & collis Floridus & altius ſub ipſis Apenninis
Noſcera. *Nuceria* urbs antiqua & Epiſcopalis, quam Strabo commendat à vaſis ligneis. Hinc porrò verſus occidentem &
Aſſiſio regionem Perufinam, *Aſſiſium* ſe offert urbs epiſcopalis & patria D. Franciſci cui hîc Templum ſumtuoſum exſtructum cernitur, cineribus D. ejus religioſum: eſt & alibi in Templo ſepulchrum IX. ſociorum D. Franciſci; item Reginæ Cyri: albi D. Franciſci Bibliotheca inſtructiſſima: item Domus veruſta, olim Templum Jovis Paganici: Ab urbe hac mille paſſus Perufiam verſus ſtrata via eſt, juxta quam Ædes S. Mariæ Angelorum ſuperba, ſumtuoſa & miraculis inclyta. Fons ei adſtructus amplus, 20. & pluribus fiſtulis limpidæ aquæ copiam profundens: Hinc vaſta planities occidentem verſus, juxta montes dextros aſperos extenditur ad Tiberim, *Etruriæ* hîc Umbriæque antiquum terminum.

Hetru-

Hetruriæ autem hæc pars ad Papam spectat, continetque tres distinctas regiones, nempe Perusinam, Orvietanam & Patrimonium S. Petri cui annexus Ducatus Castri aliusque tractus Ducis Parmæ, omnes inclusæ Tiberi, mari Thusco & ditione Senensi. *Etruria Papalis.*

Prima inter Tiberim & Senensem ditionem ditio Perusina est, à *Perusia* urbe ejus Episcopali dicta quæ antiquissima, ab Achæis ante bellum Trojanum condita, Trium-virorum tempore ab Augusto obsessa, capta & exusta fuit, & rursus ab eodem restituta ac Augusta cognominata; stat supra dorsum montis explicata, prona in subjectas, mollibus clivis, valles: munita ipso situ, propugnaculis & 1. Arce valida & Ampla: clara *Baldi* nativitate & *Bartoli* professione ac sepulchro, in 2. D. Francisci æde, ab civibus condito magnificè: 3. Academia situ loci, structura, & ænea præ foribus ejus, statua Pontificis conspicua est; cujus bono Tria Collegia (4. Bartolinum scil. 5. Sapientiæ Vetus & 6. Novum) erecta, adeò ut studiosis frequens sit. Templa multa pro captu urbis (uti quæ non maxima) habet: Præstantissimum est 7. D. Petri, marmoreis columnis suffultum, parietes tegent picturæ *Perusia.*

elegan-

elegantiſſimæ. 8. In Conventu S. Juliani moniales 200. degunt: 9. In Primaria D. Laurentii æde, annulus nuptialis D. Virginis ſervatur, & ad veſtibulum ejus ænea Pauli III. P. M. ſtatua ſpectatur. Prope 10. Legati Pontificii Palatium eſt: cetera ædificia cum publica, tum privata paſſim ampla ſunt & excelſa: Turribus vero pluribus ſuperbit, & binis Foris, quorum unum rotundum fonte eximio & Palatio ſpectandum.

Ager Peruſinus.

Agro Peruſino nihil cultius & amœnius; vaſta omnia & montoſa procul intuentibus apparent: cum verò propius accedis, nihil tum cultu agrorum, tum cæli benignitate & terræ ubertate felicius: adſurgit fructiferis amœnisque collibus, qui vini, olei, ficuum, pomorum aliorumque optimorum fructuum, fertiles, Campi adjacent tritico ceteroque frumento copioſi.

A Peruſia deorſum inter montes eſt *Cerqueto*. Mox trans Neſtorem amnem opida M. Petriolo: Mercatello, M. Vejano & Campignano, ultraque Neſtorem verſus Tiberim Marciano: inferius: Colle longo, Ripa bella: M. Caſtello & Cervara. A Peruſia verò occidentem verſus & eſt Lacus Thraſimenus

nus (nunc *Perusianus*) celebris gravissima Romanorum clade, Caii Flaminii temeritate, ab Annibale illata, cujus hodie locum monstrant prope *Ossaiam*, ab ossium ibi acervo nomen servans Castellum: Lacus ambitu suo complectitur 30000. pass. sinuatque crebris Promontoriis, lucidas & perspicuas servans aquas suavesque, & piscium copiam inauditam: tres continet insulas, quarum duæ ferè piscatoribus habitatæ: tertia deserta Templum in cacumine fert: Litoris ora abundat olivetis quæ in collibus circumcirca mira fertilitate eam exornant: paucis quoque in terris meliora vina & poma producuntur suaviora. *Lago di Perusia.* *Ossaia.*

Ab hoc lacu ad *Clanie Paludem*, terminum territorii Perusini, usque occupant campi ampli, nudi, & arbustis vestiti silvestribus: Clania autem amnis ex Arno in Paliam fl. fluit, copiosa aquarum colluvie passim ex crescens, unde hæc in longum extensa palus ligneis aliquot Pontibus strata, collibusque ferè fructiferis comitata, ultimus ejus Pons juxta *Cetonam* ditionis Perusinæ opidum ultra Claniam situm, transitur. *Chiane palude* *Cetona*

Hinc ultra Claniam & dein Paliam usque ad Lacum Vulsinium regio Urbevetana

Orvie-to. tana se pandit: cujus civitas *Orvietum*, quasi Urbs vetus, ultra Paliam, ubi mox Tiberi commiscetur, sita in excelsi & præcipitis montis, fluminibus & rivulis cincti vertice: plana sine muris, quorum vice rupibus undique præruptis & altis cingitur, natura hoc modo factis ut ex summa crepide despectum in ima horribilem habeant. Cœlo est jucundissimo, præterquam auctumnali tempore, cum in Palia amne accurrente cannabis maceratur; tum enim aër fœtore illo corruptus colonis est molestissimus. Cetera urbs est Episcopatu nobilis. Templum ejus primarium porphyretico marmore est incrustatum, vestibulum Pario, quod elegantes statuæ picturæque summorum Artificum decorant: Templi fenestræ sunt ex alabastrite, nec aliter ac vitrum perlucidæ: sunt & hic ædes splendidissimæ ab Urbano V. Pont anno 1367. factæ: Fons ibidem 252. cubitos profundus, ab Clemente VII. in rupe excisus; ad introitum cujus legitur: QUOD NATURA MUNIMENTO INVIDERAT, INDUSTRIA ADJECIT.

P. Centino. Reliqua hujus ditionis opida sunt, altius ad Paliam fl. *Pons Centinus*, ubi Palia vado superandus, quia antiqui Pon-

Pontis pars tantùm reliqua est: sed paulò post, ubi latiore alveo fluvius vagari incipit insigni Ponte lapideo ab Gregorio XIII. structo) rursus transitur: fluvius hic post recentes fluvios longè excurrit camposque inundat: hoc loco olim Sentinas ager fuit, in quo P. Decius Consul IV. exemplum Patris imitatus, se Diis Manibus devovit: Prope adjacent *Trivianum* & *Sforcesca* opida clara: & ultra Pontem 4000. Pas. Aquulam ascendis, pendulum in excelsa rupe opidum oblongum frequens populo, & aquis insigniter scatens, quæ inter asperas vias quà data via præcipitantur. Tria habet templa quorum S. Francisci cum Monasterio, est magis expolitum. Ceteris pluribus ædificiis illustris est, & Episcopatu hodie nobilitata civitas fatisque magnifica; ager circumsitus pulcherrimus est, & omnis generis feris abundans. *Aqua pendente.*

Hinc ad lacum Vulsinium *Bolsena* se offert, opidum parvum vestigiis antiquissimæ urbis Vulsinienssium inædificatum, cujus haud pauca monumenta, marmoreæ tabulæ priscis literis notatæ, statuæque marmoreæ antiquæ & elegantissimæ supersunt: maxime in Templo D. Christinæ sacro: Ager ejus vina *Bolsena*

pro-

producit nobilia, præsertim verò *Apiana*: ac Plinius Agrum hujus urbis tantæ felicitatis perhibet, ut oleæ ibi, post primum, quo satæ, annum sint fœcundæ & fructus ferant.

Lago di Bolsena.

Lacus ei adsitus *Vulsinius* dicitur, olim Tarquiniensis fuit, quia Tarquinii fines eò pertingebant, hodie Ducatus Castri Farnesii finibus includitur, Farnesiorumque sepulchra in Templo PP. Capuccinorum (in insula lacus structo) conspiciuntur: insulæ binæ sunt altera D. Margaritæ sacra fertilis est egregiè; alia verò Eremitæ domicilium, & Casettam piscatoris habet; pisces enim hic lacus nutrit insignes, maximè cyprinos, lucios & anguillas: estque ejus ambitus 25000. pass. Opida circum Lacum ditionis Castri Farnesiani sunt *Grotta*, *Gradola*, *Valentano*, *Marta*: & inferius ad fl. Martam *Toscanella*, pervetustum & nobile opidum Pontificis nundinis & mercimoniis frequens. Tum occidentem versus juxta Floram amnem *Farnesium*, gentis Farnesiæ origine clarum, & altius *Pitilianum* Ursinorum nobile opidum, tituloque Comitatus inclytum. Infra Farnesium *Castrum* est, Caput Ducatus & Episcopali dignitate nobilis civitas, adeò omni ex aditu rupibus cavernisque sepia,

Toscanella.

Farnese.

Pitiglianc.

Castro.

ſepta, ut accedentes in ſpecum obſcurum feris habitatum potius duci videantur, quàm in urbem hominum cætu cultam, & frequentatam. Nobilitavit eam ortu ſuo Paulus Caſtrenſis Jurisconſultus: uti Petrus Anchoranus Caſtellum *Ancoranum* in ripa læva Martæ. *Ancorane.*
fl. paulum hinc diſſitum.

A Caſtro verſus litus Maris Caſtellum *Montis Alti* occurrit, ubi Graviſcæ olim fuêre in tumulo: ab cæli gravitate dictæ, ut putant. de hoc loco Rutilius lib. 1. *M. Alto.*

Inde Graviſcarum veſtigia rara videmus
Quas premit æſtivæ ſæpe paludis odor:
Sed numeroſa viret denſis vicinia Lucis,
Pineaq; extremis fluctuat umbra fretis.

Ceterum hinc Patrimonii S. Petri ditio incipit, Regioque hæc à Palia amne inter mare & Tiberim ad montem uſque S. Silveſtri Faliſcorum fuit cujus urbs Faliſcum ſtetit, ubi nunc Mons Faliſconis, urbs hodie Epiſcopalis, juxta Lacum Vulſinium, in monte, Lagenæ non abſimili, poſita: ſupra eam Vulſinienſium Lucus eſt, celebris ludis priſcis & ſacris, quæ ab *Haleſo* edocti Faliſci in Junonis honorem ibi celebrabant. Ager ejus peramœnis & fructiferis nitet colli- *Faliſcorum regio.* *M. Fiſconis.* *Haleſus.*

collibus: ac vini *muſcatellini* (id eſt) optimi commendatur copiâ.

Ab his collibus lata ac amœna panditur planities ad Montem Ciminum uſque *Viterbio* imminentem 8. milliar.

Viterbo *Viterbium* olim Voltumnæ fanum, ipſis urbis Romæ initiis antiquius eſt: hodie urbs Epiſcopalis eſt ampla, locoque ſpatioſo ex lapide quadrato ædificata, munitaque Arce, ante quam Fons omnium elegantiſſimus plurimis ſiphunculis, pulcherrimo ordine diſpoſitis, aquas ejectans: Turribus crebris & ſuperbis magnifica eſt. In ſummo Templo ſpectatur porphyreticum Joannis XXI. Pont; ſepulchrum, & Alexandri IV. Apud Franciſcanos Adriani V. & apud Dominicanos Clementis IV. Pont. In Cœnobii Virginum D. Roſæ Templo, Divæ ipſius corpus integrum & incorruptum: inter ædificia Urbis eminent Palatium Papæ, & Curia civitatis: præter quæ plures Fontes pulcherrimi, in uſum publicum ſtructi mirè civitatem exornant. Principatu hujus urbis Vici diu potiti ſunt, quibus poſt multas factiones (quibus urbs multum deformata fuit) ſucceſſere Gatri; Circum *Vrbem* ingens numerus ſpectatur ædificiorum oblectationis cauſâ ſtructorum,

Ager

Ager ejus bonus & fertilis vino abundans & frugibus, fluminibus plurimis irriguus: fontibus item tam medicatis quam aliis: Primòq; ab urbe lapide *Bonlicano*, ut vocant, Puteus est in campo, perpetuos & ingentes aquarum globos & fumos ejiciens: Ab urbe Septentrionem & Tiberim vers. 2. lapide *Bagnaia* burgus occurrit amœni situs, ubi Palatium & Turris speciosa Card. Antonii, cui adstructi & Horti omniũ amœnissimi exornatissimi. Prope est Templum D. Mariæ Quercetanæ, religione & nundinis frequens, undè innumeræ circũcirca *casetta* structæ.

Bonlicano.

Bagnaia.

S. Maria della quercia.

Hinc in dextra Tiberis ripa *Orta* civitas Episcopalis & antiquissima est, licet ejus nulla sit apud veteres mentio: inde inferius juxta Tiberim *Gallesium* se offert, ædificatum (ut & alia hujus Regionis opida) super topho, ripis altissimis remanentibus, excisо; cujus figura, in oblongum tendens orbem, similis est oblongo pyro. Patria est Nicolai Pont. Max. Referre creditur nomen Halesi, de quo paulò antè dixi.

Orta.

Gallese

Hinc descendendo ad Confluentes Trigliam & Tiberim conspicis *Civitatem Castellanam* in excelsis rupibus positam: Hæc urbs quoque Episcopalis est putaturque olim fuisse Vejorum civitas,

Civitâ Castellana.

tas, decennium ab Romanis obsessa.

Adjacet ei paulò inferius, trans Tri-
Burghetto. gliam, *Burghetum* S. Leonardi, vicus lautus; ad jus dominiumque Xenodochii S. Spiritus Sassiani Romæ pertinens:
T. Foglia. Altius paulum in adversa læva ripa Tiberis, pervetusta est Turris ubi transitus Tiberis.

Rursus in via, quæ Viterbio Romam ducit & *Strada Nova* vocatur (quia à Pontifice per montes commodè ducta nuper fuit) ad lævam *Canopina* conspi-
Canopina. citur vetus Capena: ac inde *Lacus Vici*
Lago di Vico olim Cimini ab opidulo Vico, olim diruto cognominatus: unde nobilis Vicorum gens quæ Viterbinæ Reip. Principatum diu tenuit: hodie *Farnesiæ gen-*
Ronciglione. *tis Tractus* est, ad quam & pertinet *Ronciglione* proximum Lacui Vici opidum in augustam vallem, & decurrentium aquarum strepitu resonantem extenrum: multa in eo conspicua ædificia: & quod aliquando cultius fuerit, egregia & crebra Palatiorum atque Arcis rudera restantur.

Ab hoc opido extra viam sinistrorsum 2. mill. in edito colle nitentem Caprarolam spectabis, Cardinalis Farnesii magnificentissimum Palatium quadratum Arcisque in modum munitum Palatium

latium quadratum arcisque in modum munitum: admirabile cænaculis divite cultu exornatissimis: Horti adjacent gemmei, floribus, fontibus, viridariis, ambulacris, arboribus fructiferis aliisque ornamentis plurimis amœni & exculti.

Hinc ad montem Rosæ planum iter est 10000. pass. opidulum est dependens ab Abbatia trium fontium, prope Templum D. Pauli in via Ostiensi sita, Card. Antonii; Mons hic fertilis est & variis frugibus consitus: Lacus adjacet, ab eo cognominatus, profundus: & prope hunc Sutrium opidum Episcopale & antiquum ditionis *Vejentium* antiquorum; cavernis undique topho, cui insider, incisis cinctum: Antiquitatem ejus testatur ara sepulchralis marmorea quæ ibi in Hortulo summi Templi: itemque Tabula in ipso Templo marmorea, sub altari quodam: sed parum nunc urbs frequentatur. *M. Rosi.* *Sutri.*

Ab altera parte, sinistra scil. montis Rosei *Nepet* conspicitur in ripa Trigliæ fl. opidum quoque antiquissimum uti in basi, quæ in foro ejus erecta, legere est. *Nepi.*

Vejentium Territorium à Monte Roseo ad Tiberim usque porrigebatur, per quod *Cassia Via* ducta fuit, quæ & Mili- *Via Cassia.*

taris dicta huic insistens à monte Roseo 6. lapide *Bacanum* attingis opidum ex Diversoriis tabernis constans; situm ad Lacum ab opido cognominatum, qui Cremeram flumen modicum (hodie *Varcam* vocant) in Tiberim effundit. Adjacent versus meridiem bini alii lacus; alter cognominatus *di straccia cappa*, alter maximus *Bracionis* ab opido vicino, vel etiam Anguillarus ab alio opido, in orientali ejus litore posito: olim Lacus Sabatus audiit; fluviumque in mare Thuscum emittit qui nunc Arona vocatur, multisque Pontibus est stratus: prope est *Galera* & *Cæsarium*, ubi loci alii volunt Vejentum metropolin fuisse.

Bacano

Lago di Barca.

Lago di Braciano.

Ceterùm infra Bacanum, uti & supra, montoso itineri *Silva* transitur, quæ olim Mœsia, nunc *Bacana* dicitur, quondam arboribus densa ac horrida, cædibusque ac latrociniis infamis, nunc succisis & succensis arboribus & arbustis tutò Romam transitur, quæ hinc ex altis montibus, unà cum albente Tiberi, luce serena, conspici potest uti 12000. pass. dissita.

Silva Bacana Bosco de Bacana.

Transverso, versus Septentrionem ex his locis, itinere Malianum occurrit, dein Mantianum, mox Stabia: tum ad pedem montis *Arignanum*, ubi Adrianus IV

Arignano.

Pont.

Pont. obiit: hinc ad Tiberim Mons Soractes, hodie S. Silvestri audit ab Pont. Max: qui intra cavernas ejus delituit, crudeles Cæsarum iras fugiens: cui & in monte Templum erectum, adjacetque in tumulo opidum ejusdem cognominis: & juxta Monasterium à Carolo Magno Pepini fratre fundatum & habitatum. Atque hoc loci olim Templum & Lucus Apollinis stetit; ac *Sacra Hirpinorum* celebrata fuere, qui per ignem ambulaturi medicamento plantas tingebant: fuit & in vicinia Fons letifer: & alia.

M. S. Silvestri Soractis olim.

S. Silvester.

Ad ripam inde Tiberis sunt *Ponzano*: Feliciano: Nanano: Fiano: Civitella: Ariano: & interius in via Flaminia *Castrum Novum* & *Porta Prima*, ubi viæ stratæ, cum vestigiis quibusdam & ruinis ædificiorum cernuntur.

C. Nuovo.

Porta Prima

Hinc post Pontem Mulvium Tiberis alveus ad Janiculum ducit, ubi terminus Vejentium: Sequitur secundo Tiberi *Malianum* ripæ adpositum, quinto ab urbe lapide: Locus peramœnus Pontificum oblectationi peculiaris; inferius ad Mare, Portus Romanus:

Magliana.

Ab hoc in litore versus Ducatum Hetruriæ, sub ditione Patrimonii S. Petri, sequitur, ad Lacum sive stagnum *Fons Salinæ*:

Fonte

de Salina. C. S. Angelo. Palo. Ceri.

Salinæ: tum ad Aronem fl. *Castrum S. Angli*; quo Ponte transito in ora *Palus* occurrit opidum, quod olim Fregenæ: & interius, exiguo colle *Cære*, olim Alsium, nunc formam exigui vici potius, quàm opidi habens, eversumque putatur ab Cœretanis veteribus propinquis.

Cervetere.

Mox ora sunt amnium Sanguinariæ & Vacinæ; & ulterius paulò in colle *Cære Vetus* spectatur, olim inter XII. principes Etruriæ urbes numeratata: ab Cæritibus ceremonias sive ritus sacrorum inventas, Festus auctor est, quod iis admodum addicti fuere Cæretes: Cænobium *S. Severæ*, quod ulterius in litore conspicitur Arcis instar magnificum, Leander putat fuisse Turres Antonino nominatæ vel potius Emporium Cæretanorum: scribitque Strabo hoc loci quoque extitisse lucinæ Templum à Pelasgis conditum, olim opulentissimum, quod Dionysius Siciliæ Tyrannus in transcursu spoliavit.

S. Severa.

S. Marinella.

Sequitur hinc Eris fl. & trans eum *S. Marinella*, ubi *Pyrgos* fuisse credunt; tam excognomine, quod hodieque ædes sacra hic retinet D. Mariæ Purgani agri, quam ex loci situ & vastis fundamentis ruderibusque murorum & ædificiorum

quæ

quæ hîc & ulterius versus Portum Centumcollensem conspiciuntur:

Succedit enim hîc *Civitas Vetus*, ubi *Castrum Vetus* fuit uti litere saxo inscriptæ restantur: Urbs est Episcopalis, Arcem habens munitissimam, & Portum elegantissimum, triremium qui hodie Pontificis statio tuta: fuitque hic olim tutissimus *Centumcellensis* Portus qui, Amphitheatri æquorei figura, molibus utrinque includebatur, de quo latius Plin. Sec. lib. 6. epist. ad Cornelianum, & Rutilius lib. 1. Itinerarii Romani: post Centumcellæ ab Saracenis deletæ fuerunt tempore Ludovici Imp. Instauratæ dein Civitatis Veteris nomen acceperunt, tandemque ob aëris gravitatem pæne deserta fuit civitas: *Civita Vecchia.*

Interius *Tolfa* Nova in silva Matiana se offert ubi tempore Pii II. Pont. Metallum aluminarium repertum fuit. Hinc superato Minione amne & transita silva Matiana *Cornetum* urbs episcopalis, in colle prope Martam fl. sita conspicitur, antiquis superbiens mœnibus, pluribusque Turribus, ejus insigne Cornu fuit, unde modo Cornetum appellatur & antiquitus Castrum Inui dicebatur, hoc est Pan, cui fuerat dedicata civitas ab *Tolfa.* *Corneto*

Hetruſcis: alii hoc loco *Caſtrum Novum* (cujus meminit Plinius) ſtetiſſe volunt: Patria fuit *Gregorii* V. Pont. & *Roberti* Epiſcopi, qui Symphoniarum, cantusque eccleſiaſtici rationem reformavit.

Multa in agro Cornetano extant vetuſtatis indicia, & veſtigia, ut putant, florentiſſimæ quondam urbis *Tarquiniæ* nomen retinentia (Tarquine enim adcolis audiunt;) magnam aliquando urbem fuiſſe, teſtantur adhuc rudera: & creviſſe ex ejus ruinis Cornetum vero ſimile eſt:

Tarquiniæ rudera.

Regiones Papæ ultra Apenninum.

Atque hæc de Patrimonii S. Petri adeoque omnium, cis Apenninos montes, Pontificis ditionum præcipuis opidis & locis ſufficiant.

Ultrà Apenninum & ad mare ſuperum ſive Hadriaticum Pontifex Max. ſive Eccleſia R. poſſidet Marcam Anconitanam: Ducatum Urbinatem: Flaminiam, Bononiæ territorium & Ducatum Ferrariæ Provincias quinque, fertiles totæ, exculti ſſimæ & uberrimi agri omnique commoditate refertæ, ac populorum, belloque aptorum hominum plenæ: & quoad annonam, ſolus ager *Picenus* ſive *Anconitanus*, nuper minimo negocio, potuit Venetorum imperio plus quàm centum millia modiorum tritici ſubminiſtrare. Situs ejus juxta

Marca Anconitana

mare

mare Adriaticum, orientem versus Aprutium habens & ab occidente Ducatum Urbini; Septentrionem verò versus mare, & à meridie Apenninum & Umbriam: Ampla est Provincia, civitates continens Episcopales 12.

Et quidem ad Truentum amnem qui eam ab Aprutio distinguit, occurrit in litore *Portus Asculi*, Arcis propugnaculo ad locorum, quæ vicina, præsidium validus. Interius juxta eundem fl. offerunt se Mons Brandonus, *Aquaviva* illustri Aquavivana inclutum familia opidum: & ulterius ad confluentem cum Truento Castellanum fl. *Asculum* antiquissima civitas episcoparus dignitate nobilis, sita plano paruloque campo, munitissimo in loco, mœnibus firmis: ab una parte Mons sublimis, in quo sita est Arx, ab altera Truentus ripis prærealtis munit.

P. d' Ascoli

Aquaviva.

Ascoli

Rursus in litore 3000. pass. ab Asculi Portu, Castrum visitur *D. Benedicti*, agro beatum amœnissimo: huic in litore succedunt, Cryptæ *le Grotte* vulgo; *Pedassum* & Civitas Nova Ducatus titulo illustris, & ad ostium exigui amnis Morsinum, & interius *Ripa Transonia* situ & mœnibus permunita: & inde Cassinianum.

S. Benedetto.

Pedasso

Ripa Transone episcopalis urbs.

M. S. Fiore. M. Alto. Intus deinde ſupra Pedaſſum *Mons Floris*, & *Mons altus* urbs epiſcopatu inſignis: & ultra Aſonum fl. *Mons Rabianus* & Mons Falco: ac Mandola.

M. Robiano. Piceni rudera. In ora deinde maris ad oſtium Leti mortui fl. obſcura quædam urbis non modicæ veſtigia apparent Accolæ Piceni, unde Regioni olim nomen, hic fuiſſe opinantur, hinc in agrum Firmanorum devenitur quorum urbs Epiſcopalis hodie 3000. paſſ. à mari diſtans: ubi Portus *Firmianus* Portu tamen carens, nam litus hic univerſum Anconam uſque eſt vadoſum: ſed aliquando majoris uſus fuiſſe apparet ex vereribus ſcriptoribus: ceterum urbium hujus regionis opulentiſſima eſt *Firmium*, diu enim florens opibus & fortuna ſub Pontificibus ſtetit; quamvis deinde ab Oliveretiis conturbata prorſus, & pernitioſiſſimis civium populariumque factionibus, ſupra modum eſt afflicta. *Fermo.*

Tenna fl. Chienti fl. Macerata. Sequitur in litore *Tinga* fl. oſtium ad quem ultra citraque multa Firmianorum opida: & inde 8. lapide *Chienti* oſtium: ab quo longius introrſum ad ſiniſtram fl. ripam: *Macerata* conſpicitur, ob Helviæ Recinæ interitum, unà cum Recineto, ut mox dicam: condita adeòque opibus & amplitudine aucta ut

Piceni

Piceni digniſſima habeatur: frequens enim eſt, totaque regione Cancellariatus ſede Marchiæ legati celebris. Habet & Epiſcopum & Academiam, ſed non adeò nobilem. ſitu non diſſimilis eſt Etruſcis Senis, uti in altiſſimi montis faſtigio perbellè extenta, incinctaque fructiferis collibus, circumcirca leniter aſſurgentibus.

Atque inde juxta Centium amnem altius jucundi campi viridantibus hinc atque inde tumulis tecti ad fauces uſque Cimmaræ vallis porriguntur: in his mox *Arantia* inſignis Varranorum vicus: & medio ferè ſpatio eminens in colle *Tolentinum* opidum tranſitur. Patria S. Nicolai Auguſtiniani Monachi: cujus & oſſa apud ſe ſervari hîc affirmant: tum 3. lapide Caſtellum *Belfortium*: atque inde crebriores jam colles frequentibus. Caſtellis, obſiti paulatim arctari, tum altiſſimi montes excipere, intra quos *Cimmara* vallis jacet protenditurque longè, & Centius hic amnis tortuoſus, crebris Pontibus conſtratus ex anguſtiis obviam occurrit; & juxta eum in primis anguſtiis plures vici, quos Cimmaræ vallis Caput nominant: deinde in abrupti montis apice *Varani* Arcem, & ab ea dextrorſum *Camerinum* urbem

R. Arantia Tolentino.

Cimmara vallis Val. cimara

R. Varano. Camerino.

Episcopalem in montis jugo munitissimo loco positam conspicis. urbs est antiquissima, & colonia Romana facta ab Romulo & Tatio Regibus, item opibus & populo est refertissima, quam Familia Varranensis sub Ducatus titulo diu obtinuit, hodie Farnesianæ gentis est.

Muccia Serravalle. Sequitur altius ad Chientum fl. *Mutscia* infrequens Castellum etsi læta hic satis & lata via, deinde supra fontem fluminis in Apenninis *Serravallis* &c.

Città Nuova Potentia. Rursus in litore maris prope ostium Asini fluvii opidum nobilissimum & frequens, *Civitas Nova*, occurrit, in monte positum: & ultra fluvium *D. Mariæ Cassaninæ* Castellum. inde juxta *Potentiæ* fl. ostium olim Potentia urbs stetit, inter præcipua Piceni opida memorata: interius longè inter colles Apennino finitimos in dextra fluvii ripa, nobile opidum *Sanseverinum* visitur, ex antiquæ urbis Septempedæ ruinis (ut volunt) natum & urbis dignitate ornatum. *S. Severino.*

Dehinc, in ora ostia sunt Musonis fl. cujus utroque latere opida sunt multa: & quidem primum in dextro ejus latere: 5000. pass. à Mari Fanum *D. Mariæ Lauretanæ*, toto orbe religiosissimum conspicitur situm non in summo montium vertice, neque in infimis campis: *S. Maria Lauretana.*

sed

sed medio fermè in clivo, cujus fronti quæ mare spectat impositum Templum, augusto situ specieque: imminet ab Austro excelsior Mons & opidum ita tegit, ut qui ea regione accedunt eam non nisi ex proximo urbem videant; ab oriente versus mare amplam habet planitiem, quæ inter amœnissimos colles, crebraq; iis imposita Castella occidentem versus longe porrigitur, irrigua Musonis fl. aquis: Lauretana cognominatur à Laurea, quæ hîc olim fuisse dicitur, silva: urbs Episcopali floret dignitate: cinctaque est fortissimis muris, propugnaculis, Turribus, fossis, bellicisque machinis probè munita: Tota fere (exigua enim est) à cauponibus, stabulariis, calcearíis & religiosarum rerum propolis, habitatur haberque Cellam vinariam totius fortè Italiæ amplissimam, instructamque immanibus vini cadis: confluit enim huc Europa pæne omnis, & multi quoque extra eam Christiani, quorum non pauci opes & donaria opulenta secum ferunt Divæque offerunt: Hinc *Templum* hoc sumtuosissimum & tantâ rerum pretiosissimarum copiâ ornatum & adeò religiosè cultum, ut in ipso statim introitu, nemo non in admirationem & quasi extra se rapiatur; in primo

S. Maria Lauret.

Templum.

ejus ingreſſu utrinque ſpectantur tabulæ, in quibus omnium ferè nationum linguâ publicatur, quomodo quisque ſe ad confeſsionem præparabit, & cuique nationi presbyter ſuus aſsignatur: *In medio Templi* humilis & anguſta conſiſtit ædicula, eaque ipſa quam D. Virgo incoluit, eo ipſo tempore quo Angelus eam ſalutavit, & Deus humanum in virgine corpus aſſumſit: anno 1291. ſeptimo Idus Majas, ex opido Bethlehem in Dalmatiam transportata operâ & ope ſpirituum cæleſtium fuit, & non multò poſt è Dalmatia ſuper Hadriaticum mare, tranſlata & poſita eo, quo adhuc conſpicitur, loco ibique Numinis virtute à tot ſeculis integra manet, nulli adeò ſubterraneo fundamento, ſed plano mollique ſolo inſiſtens; forinſecus tamen marmoreis parietibus, pulcherrimè cælatis, veſtita, operibusque pretioſiſsimis artificioſè ornata ad formam à Sanſouino Mathematico præſcriptam, impenſis aureorum pæne 44000. Ante Templum ædiculæ huic ſuperbè circumſtructum, Area eſt ſpatioſa nunquam non religioſorum advenarum referta: quam Romani Pontifices ſuperba Baſilica geminataque præſtructa Porticu cinxerunt incredibili ornamento loci.

A Lau-

A Laureto, tribus paſſuum millibus interius *Recinetum* ardua & inter colles ſtrata via ibis; Nova urbs eſt: Helvia enim Ricina campeſtri, a Gothis devaſtata, incolæ hanc ædificatam parum mutato nomine Recinctum vocaverunt; ſita eſt loco conſpicuo; dorſoque montis longe excurrentis ita impoſita, ut ampliſsimæ urbis ſpeciem referat: & eſt longitudine quidem inſigni, latitudine verò haut quaquam pari, ſitu prorſus amœniſsimo, hinc Hadriaticum mare, inde latiſsimos campos habens. Emporium eſt celeberrimum, venientibus eo bis, (& inprimis menſe Septembri) ad Nundinas ex tota Europà Aſiaque pleriſque mercatoribus: ſtupenda Helviæ Ricinæ veſtigia paſsim in itinere per agros monſtrantur: inter alia Lateritium Amphitheatrum ingens in ripa fluminis Potentiæ, aliaque magnorum ædificiorum rudera: Ad Muſonem porrò in colle ſiniſtræ ripæ antiqua viſitur & epiſcopalis civitas *Auximum*, & ulterius *Cingulum* opidum, conditum à Tito Labieno, qui Caii Cæſaris proconſulis Legatus, in Galliis longo bello tantum ſibi corraſerat ex prædis divitiarum, ut opidum hoc privata impenſa condiderit.

Recinati.

ancona

Oſmo.

Cingolo

Humana. Deinceps in ora maris 3000. paſſ. ab oſtio Muſonis urbs fuit *Humana* quæ Numana Plinio; Silio Italico Scopuloſa, ab Siculis primum condita. Humana hodie vocatur, Epiſcopali dignitate celebris. Non procul hinc juxta litus ſub *Sirole.* Promontorio Anconitano *Sirolum* occurrit opidum, nunc quoque vino, quod Plinius laudat & Anconitanum dicit, nobile. Sequitur ſinus-maris ad quem *P. novo Ancona.* *Portus novus* & mox *Ancona* ut antiquitate ſic & opibus, pulchritudine atque emporio commodiſſimo inſignis & celeberrima: ideoque continuâ Græcorum, Illyricorum, Pannonum, imò totius Europæ mercatura nobilis: ædificiis nitida eſt viisque longiſſimis, ſed anguſtis frequens habitata. Nomen retinet quod ei impoſitum ab oræ ibi flexu Cubiti [ἀγκὼν] formam efficiente. Sita namque in Promontorio, quod ſuo verſus *Portus ejus.* ſeptentrionem inflexu Portum includit natura arteque validum, aditu peropportunum, multarumque navium capacem: adeoque ornatum ut inter primos & pulcherrimos orbis terrarum adhuc celebretur: quamvis negligentiâ ſupinâ quibuſdam in locis oppleatur: ſed & ornamentorum quibus à Trajano exornatus fuit potiſſima pars abeſt; marmora enim

enim ſepta quibus munitus erat, corrupta & interrupta: gradus item perampli per quos ad aquas deſcenditur ac onera mercesque extrahi è navi & in terram evehi ſolent. Porticus ſpatioſæ, columnis innixæ, penitus ſublatæ.

Sed cui ipſa Roma, antiquitatum clariſſimis monumentis licet refertiſſima, invidere poſſit, *Arcus* ſupereſt *Trajani*, mediæ moli quæ munimento Portus longè in mare projecta eſt, impoſitus & ex immanibus marmoribus compoſitus, adeòque artificioſè exſculptus & concinnè coagmentatus expolitusque ad amuſſim, ut ex uno Parii montis ſaxo integer arcus exciſus, procul intuentibus videatur. *Arcus Trajani in Portu*

Huic addo *Baſilicam Mercatorum* elegantiæ cauſa & proſpectus, qui ex ea per ampliſsimum maris ſinum jucundiſsimus eſt. *Baſilica Mercatorũ.*

Ceterùm urbs ipſa, muris, Portisque & Propugnaculis ſuperbis ſex, undique munitiſsima eſt, & inſuper valida Arce, quæ ab Auſtralis montis jugo, ſubjectam cum Portu urbem tutatur & ſimul eidem imperat. E regione excelſum Promontorium exit in mare, quod Plinio Cumerium eſt vulgo *Monte Guaſco*, cui impoſitum Vetus *Veneris*, forſitan illud Juvenalis: *Ante*

Ante domum Veneris, quam Dorica ſuſti-
net Ancon,

T. S. Cyriaci olim Veneris.

nunc *S. Cyriaci* fanum, marmoreis poſtibus, præterea vix aliquo ornatu inſigne, at ſede Epiſcopi cathedrali & Relligione profectò clariſſimum & ſummè venerandum, quam conciliant plurima Divorum corpora, in ſubterraneo delubro condita: & præter Principis Præſidisque Templi S. Cyriaci oſſa & aliorum D. Antonii Fatari corpus hic incorruptum ſervatur ab annis amplius 400. qui fuit Anconitanus Patritius.

Cetera Templa illuſtria multa quibus urbs non minus ac privatis publicisque aliis ædificiis nitet inter paucas, pretereo. illud tantum addo, quod hic Domus quæ vulgo *della Farina* dicitur, quam incolunt qui ab legato Pontificio in Conſilium adhibentur nobiles Anconitani quorum Magiſtratus tres durat menſes.

Ceterùm ad Anconitani agri fines Æſis fl. eſt propter cujus oſtium Arx eſt *Rocca di Fiumeſino* vulgo dicta. Ab Anconitanis ad agri finitimi tutelam condita, tormentisque contra Prædonum excurſiones inſtructa: quam proximè, ad fines Urbinenſis Ducatus, ſequitur *Cremata*, Taberna diverſoria fortiſſimo quo-

Rocca.

Caſa Bruſciata.

quoque munita muro, ob pyratarum Turcarumque metum:

Altius introrsus ad lævam *Æsis* ri- *Iesi.*
pam, urbs *Æsis* conspicitur, Episcopali gaudens dignitate: & ulterius in præcelso monte 500. ab *Æsi* passibus *San-* *S. Quirico.*
quiricum opidum: Hinc dextrorsum ad Sentinum amnem, in Asin exeuntem, conspicitur *Saxum ferratum* opidum *Sasso ferrato*
Bartoli Jurisconsulti ortu celeberrimum: inde verò altius ad *Ianum* fl. Asi se quoque miscentem, occurrit *Fabrianum*, opi- *Fabriano.*
dum 4. nobilissimis Italiæ Castellis ob ædificiorum splendorem connumerati solitum. ea sunt Crema Longobardiæ, Pratum Tusciæ & Barutum Apuliæ: ædificatum volunt ob Sentini, veteris urbis, cujus ad sextum lapidem relliquiæ supersunt, interitum. Opificum tabernis frequens est, quæ ita distributæ sunt, ut vici singuli proprias habeant uno in loco: celebre est in papyro conficienda: Insignia ejus Jani imago, malleum tenens, & tanquam incudi suppositæ impressurus. Hinc paulò altius sub Apennini jugis *Eremita*, nobile fratrum mino- *Heremita.*
rum Cœnobium se visendum præbet, ædificiis stupendum; & quarto inde lapide *Matelica*, ubi nullus omnino vel in publicis, vel in privatis ædificiis cultus: *Matelica.*

Regi-

Regiturque à quadam Orthonum familia, ex qua erant 22. ad quos idem jus pertinebat; ſed adminiſtrandi honor ad natu majorem ſemper deferri ſolet.

Ducato di Vrbino

Porrò Marcæ Anconitanæ contiguus eſt *Ducatus Vrbini*, occidentem verſus; qui rurſus ab occidente habet Romaniolam Provinciam, à Meridie Etruriam, & Septentrionem verſus mare ſuperum: Regio eſt opulenta & fœcunda, populoque referta, eò magis quod oneribus non premuntur ſubditi, ut in aliorum Principum ditionibus: Epiſcopatus continet 10. duosque Portus maritimos: & præterea Fani Portum; Arcesque aliquot bene munitas.

Vrbinum urbs.

Metropolis ejus *Vrbinum* ſedes Archiepiſcopalis în medio provinciæ ſita in alto monte & inæquali loco inter Iſaurum & Albim, quo augetur, fluvios: Urbs eſt lautiſſima, ſplendideque ſatis ædificata in agro bono & fœcundo: Arcem habet contiguam ædibus Epiſcopi & Templo D. Dominici, tanta majeſtate & ædificandi arte inſignem, ut nulli alteri poſſit invidere, conclavia continentem 373. ampla & magnifica: & gradus quibus equo poteſt adſcendi in turres & tectum uſque; ut Romæ Pontificis Palatium: & Venetiis Turris D. Mar-

D. Marci: illustrat eam præcipuè Bibliotheca libris optimis & multis referta.

In ora deinceps maris ab Casa crema- *Sinigalia.*
ta 8000. pass. urbs 1. est Episcopalis
Seno-Gallia priscis Sena dicta & à Senonibus Gallis denominata, exigua at muro lateritio valida, vallo item & propugnaculis munita; ab occasu Misa fl. alluitur & tamen dulcium aquarum extrema laborat penuriâ: salsas aperta terra profert: quia forte vicinum mare insinuat se occupatq; inania viscerum spatia: incolæ è Bacchi cisterna bibunt: & importatâ aliunde aquâ utuntur.

Prope est *Mons Hasdrubalis*, nomen ex clade hîc ipsi inlata retinens, & tota illa planities inter Senam sive Cesanum & Metaurum fluvios, Fanum usque longa 10. milliaribus *Mala rotta* inde denominata. *Mons Hasdrubalis.*

2. *Fanum* urbs quoque Episcopalis est Pontificiæ ditionis in litore maris & Via Flaminia posita, nomen habens ab Fano Fortunæ ibi olim sumtuosissimo, cujus adhuc magna monstrantur vestigia: parva est, visiturque ibidem Arcus ex marmore sumtuoso nobilique factus, altus cubitos 30. latus 20. Fastigio, quod mirabili arte elaboratum, concidit, *Fano.*

in-

inſculptum legitur *Conſtantini* Imp. elogium: Adluitur ab Argilla fl. qui juxta urbem Ponte tranſitur: Mulieres habet lectiſsimas & à pulchritudine commendatas: agrumque perfertilèm, oleo ſuavi, frumento vinoque præſtantiſsimo abundantem, locaque ſuburbana adeò ſpecioſa ut non deſint qui ſitus Principatum ſupra alias Italiæ urbes huic deferant.

A fano ad occaſum flectens, vicos montanos invenies inde per mediterranea dextrâ Metauri fl. ripa *Viam Flaminiam*: qua vergit ad Meridiem, tenens occurrit *Forum Sempronii* urbs Epiſcopalis:

Via Flaminia.

Foſſembrone.

3. Veſtigia ibi antiquitatis quàm plurima, præter aquæ ductus, Vias ſilicatas, columnas & alia; marmora multa cernuntur disjecta, cum antiquis inſcriptionibus: Pro ſummi Templi foribus, quod inter cetera pulcherrima ædificia principem locum tenet, antiquæ leguntur literæ vetuſtatis inſignia. Extra urbem Ponte lapideo Metaurus tranſitur, & *Viâ Flaminiâ*, vinetis amœniſsimis utrinque conſitâ, duceris ad Candiani fl. cum Metauro confluentes 3000. paſſ. ſupra Forum Sempronii: Hic ultra fluvium Feltrenſium Ducis *Vivarium* omnis

Parca.

is generis ferarum plenum : Hinc *Via Flaminia* ab Augusto Romam usque stra- *Bella-guar-*
a apparere incipit, ubi incredibili im- *dia.*
pensa, durissimum saxum ferro perfre-
git, & circitet 500. passus curribus viam
apertam per inaccessas montium altissi-
morum rupes fecit: & saxum ipsum fer-
ro apertum, fornicem habet longitudine
100. passuum latitudine 12. & altitudi-
ne totidem : Itali *Furlo* nominant quasi *Furlo.*
saxum foratum. Paulò altius ad Cantia-
num fl. in amœna planitie, (quæ Calium
usque spatio fere 10000. pass. extendi-
tur) vicus occurrit *Aqualania*, diverso- *Aqua-*
rias habens tabernas, ab exiguo Castello *lagna.*
Aqualania dictas, quod haut procul in
colle situm distat.

Prope sunt Campi in quibus cruento certamine superatus est ab Narsete Totila Gothorum Princeps. Sequitur *Calium* urbs episcopalis quam Boasus ab septentrione, ab ortu Cantianus adluit, ut tanquam in peninsula relinquatur: inde oculis se offert *Candianum*, cum Arce *Cantia-*
in colle ex Luceoli ruinis ædificatum, *no.*
cujus vestigia altius ad alterum lapidem juxta Pontem Cantiano fl. instructum adhuc adparent, unde & Ponti nomen vulgo corruptum *Riciolo* manet. *P. Ri-*
ciolo.

Hinc via Flaminia *Siezzam* ducit &

per

per *Sigillum* Gualdumque Nuceriam Umbriæ opidum.

Extra viam, occidentem versus à Sciezza non longè abjacet *Eugubium* ad Apennini radices aditum præstante amœnâ pulchraque planitie, urbs est Episcopalis, pervetus, ampla & frequens, incolis industria summa Lanariam Negociationem tractantibus: Antiquitatem ejus testantur multa hodieque vestigia & rudera Templorum & Theatri, tabulæque octo ante annos aliquot repertæ, characteribus & lingua non vulgaribus scriptæ: spectatur & hîc magnificum artisque summæ opus *Curia* Priorum, ubi *Fons* pereximius, supra cunctas ædificii partes exsiliens. Ager campestris partim, partim collinus, undique frumentiferax. Ab hac urbe versus occidentem longo intervallo in ripa Tiberis, Tifernum situm est Tiberinum hodie, vulgo *Citta di Castello* vocatur, estque urbs episcopatu & amplo Comitatu insignis: cujus Principatum diu tenuit nobilis Vitelliorum gens.

Eugubio.

Cit Castello.

Ad oram maris redeo, ubi à Fano ultra Argilam fl. *Novilaria* ad lævam conspicitur pulchrum opidum ab aëris ibi nobilitate nomen habens: interius inde in ipsa via Flaminia opidum Montis

Novilaria.

Abba-

Abbatis excelso in loco positum, prospectumque jucundissimum habens. Ulterius Mons *Barrochius*, loco longè editiore conditus totum Picenum respicit, & opida circiter 15. in collibus amœnitate illustria & aspectu pulcherrimo oculos oblectantia. *M. l'abbate via flamin.* *M. Barroccio.*

Rursus viâ Flaminia redeo *Pisaurum*, urbem Episcopalem juxta Isauri fl. ostium positam: Emporium Italiæ celebre, mercimoniis dives, amplum, splendidum, pulchris ædificiis ornatum, plateis perelegans, situ peramœno maximeque fertili, cæli tamen gravitate vehementer laborat; mensibus potissimum æstivis, sub exortum Syrii, urbi valdè inimicum & letalem: unde Catullo *moribunda sedes Pisauri* dicitur: dicunturque hîc pauci annos 50. supervivere; quod tamen putant non tam à cæli gravitate, quàm ab optimorum fructuum copia, quibus immodicè hîc vescuntur, proficisci: Ager enim ejus peramœnus & ubique ferè vitibus, ficubus, oleis ac aliis id genus arboribus fructiferis egregiè cultus. Cererùm condita est urbs in longitudinem, eum in modum ut ex foro ad quatuor opidi vias prospectus pateat: Præter Curiam sumtuosam aliasque nobiles ædes Arcem ad litus habet muni- *Pisari.*

muniram & pulchram à Joanne Sforti conditam: in Ducis Palatio ſuperbo inſtructiſsimum eſt Armamentarium: Ratione munitionum & propugnaculorum reſpondet non nihil Paravio. Atqui Portus, propter vada & arenas, onuſta majoraque navigia non admittit; unde ab agaſonibus & mulonibus, qui merces invehunt, magis quam à nautis urbs frequentatur:

A Piſauro, ubi Pontem Iſauro (hodie *Foglia*) inſtructam tranſieris, offert ſe in colle, maximi ſumtus operisque Prætorium quod Imperiale vocant, quod Fredericus III. Imp. primum fundamento lapidem (petente id Conſtantino Piſauri Domino) poſuerit: auctum poſtea & ædificiis ſplendidis ornatum ab Franciſco Maria Roboreo Urbini Duce & Piſauri Dynaſta ſurſum hinc Piſauri ſiniſtram *Puteus* eſt & interius Mons *Lurus*, cæſis Nicolai Picinini copiis inclutus: Ad viam Flaminiam deſcendenti Mons *Piſauri* ſe offert antiquis Promontorium Focariæ dictus, quatuor propè litus maris geſtans opida: quæ vulgo *Fiorenſula*: *Gabizze*, *Granaruolo* & *Caſtel di Mezzo*, dicuntur: Propè excelſo in colle Palatium eminet, *Grataria* ab grato aëre, dictum, Sigiſmundi Malateſtæ, Pandulphi filii, Piſauri Dynaſtæ opus.

Poggio Imperiale.

Pozzo M. Luro.

Via flamia M. Peſaro.

Grata ria.

Hinc

Hinc longè interius in agro Montis *Feltrii* cernuntur Macerata ; M. Maio & *S. Leo* civitas episcopalis vertici insidens præcelsi montis, qui undique præterquam quo latere aditur, rupibus circumcisus, adeò ut naturali situ urbs invicta videatur : atque ideo Dux ultimus reposita hic habuerit vicies centena millia aureorum : Hæc de Urbini Ducatu. *M. Feltre. S. Leo.*

Sequitur Flaminia hodie *Romanula* Provincia juxta mare inter Ferrariæ & Urbini ducatus, & interius deinde inter Bononiam & Tusciam quoque clausa Agros habet optimos omniumque frugum, tam quæ ad vitam necessariæ, quàm ad humanas voluptates & delitias oportunæ, feraces : Campi hîc latissimi fructiferis arboribus omne genus consiti ; Colles peramœni : vitibus, olea, ficu nitentes : silvæ munificæ, herbidaque prata cum dumis venationi apta ; salubres passim aquæ : Salinæ circa litus & intus frequentes ; mare fluminaque plurima navigabilia, & piscibus fœcunda : metallorum fodinæ, innumeræque præterea naturæ dotes eximiæ. Urbes Episcopales continet 8. & Ravennam Archiepiscopalem & opida vicosque plurimos. *Romagna. Ager ejus.*

In litore maris ab finibus Urbini, in *Via Flaminia* ſub Monte Peſauri, *Catholica* vicus occurrit, Arce ſuperbiens: ſpectanturque hîc ſub aquis, mari tranquillo, mœnia, Turriumque & aliorum ædificiorum faſtigia demerſæ *Vi bis Concæ* ultra Catholicam primò flumen eſt *Vintinella*, dein *Concella* olim Cruſtumium: tum Caſtellum *Ricionium* & rivi aliquot Pontibus pervii juxta maris litus, & tandem conſpiciendum ſe præbet mari-timum opidum antiquæ notæ *Arimi-num*: Epiſcopatu nobile, ab Arimino fl. (hodie *Marechia*) nomen ſervans: cui in urbe ſe jungit Anſa amnis. urbs hæc in planitie ſita, imminentibus ab meridie collibus amœnis & frugiferis, ab ortu occaſuque latiſſimi & lætiſſimi ſe pandunt campi frumenti feraces, pulſatur quà Septentrio eſt Hadria: rerum omnium copiâ ſupra modum abundat: ædificia habet memorabilia cum primis ad Portam quæ Orientem & Piſaurum ſpectat, Arcum, ex Marmore, Triumphalem cum ſuis elogiis: Thearri partem ex latere cocto mare verſus ſummæ antiquitatis: Palatia ſumtuoſa ab nobili Malateſtarum gente condita, Caſtrum & Curiam. In foro oſtenduntur lapides quo in loco concionem habuiſſe dicitur C. Jul.

Via Flaminia Catholica Concæ profundata. C. Ricione.

Rimino

Ædificia in eo memorabilia.

C. Jul. Cæsar, cum exercitum victorem ex Galliis reduceret.

Fons ibi splendidissimus marmoreo cratere, dulces putasque promovens aquas: Portus olim amplus, splendidus satisque capax; hodiè modicis tantùm navigiis est aptus, arenis oppletus, exstructo ex marmoribus ejus magnifico D. Francisci Templo auspiciis Sigismundi Pandulphi Malatestæ anno 1450 olim præclarum in hoc limite adversus Gallos fuit propugnaculum: ab Cæsare inde occupatum primum belli civilis audivit classicum: Rebus compositis, magnis ab Augusto exornatum est operibus. Arcu Triumphali, eximio Ponte, & aliis; Pons hic extra Portum in Arimino amne spectatur, ab Augusto cœptus & à Tiberio confectus, uti inscriptiones docent, viam Flaminiam Æmiliæ, simul urbem suburbiis conjungens, marmore totus constat quadrato: Arcubus innititur quinque: latus est pedes 15. longus 200. ab utroque latere spondis marmoreis, opere Dorico pulcherrimè laboratis, munitus. *Pons Marmoreus*

Ad fluminis Arimini dextram in excelsis montibus *Vertunum* eminet, Principum Malatestarum domicilium. Pontem verò Arminensem transgressis, Via *Vertunum.*

ſtatim occurrit Æmilia, & mox juxta eam *S. Iuſtinæ* vicus, florens olim, ſed belli calamitate deletus: exceptis ſano unicoque diverſorio: inde ſiniſtrorſum ad Luſonem amnem, nobile opidum *D. Archangeli* conſpicitur, ad Sclopetinorum perrinens familiam. Tum rurſus in via juxta Pluſam fl. *Sabinianum* eſt, opidum frumenti cum primis dives, ubi videre eſt Pontis lapidei, quo Æmiliæ tranſitus jungebatur, veſtigia: juxta litus non procul inde *Belaria* conſpicitur, non ignobile Malateſtarum Palatium: ſequitur Butrio torrens, & dein Piſatellæ quondam *Rubiconis* nomine celebratus, quo antiquitus Italia terminabatur, ac ultra quem Ducibus cum milite Romam redeuntibus, arma ferre licitum non fuit, abſque S. P. Q. R. auctoritate, qui ſecus feciſſet, hoſtis Reip. judicabatur, cujus edictum veteſtiſſimum in Rubiconis ripa, ab ſe conſpectum & exſcriptum anno 1565. teſtatur Aldus Manutius. Hoc fl. ſuperato Gallorum, qui Boji cognominabantur, terra calcabatur: cum ad alteram ripam erant Senones. *In litore* circum Portum *Ceſenaticum* qui exiguis tantum navigiis excipiendis eſt idoneus, plurimas easque amplissimas foveas adſpicies, in quibus cor-

S. Guiſtina.

Saviniano.

Bellaria.

Rubicone fl.

P. Ceſenatico.

Salinæ

rivata

rivata atque concluſa marina aqua, ſolis æſtu, in ſalem ſpiſſatur. Ulterius loco paluſtri cæloque gravi opidum *Cervia* jacet, ob incommodiorem ſitum infrequens, Epiſcopali tamen ſuperbiens dignitate ſub Præſule Ravennate. Cathedrale Templum, licet vilior ſit ejus ſtructura, magnis tamen reditibus eſt dotatum, incolæ majori ex parte ſalarii ſunt artifices tanto quæſtu, ut Pontifex annuatim inde habeat 60000. coronatorum. *Cervia*

Inde in litore maris ſilva Pinea longè & Savii fluminis oſtium ſequitur, qui cum olim Portum faceret, Auguſtus claſſem magnam in eo poſuit. Altius juxta Sapin fl. in via Æmilia ad pedem collis *Cæſena* conſpicitur urbs epiſcopalis, ampla & ad modum frequens, & Ceſola exiguo amne diviſa. Arx ei; ex colle qua Auſter eſt, valida imminet, ab Frederico II. Imp. condita: Hoſpitale etiam viſitur ibi ſumtuoſiſſimum: incolas habet nobiles ingeneo opibusque pollentes: Atque ad D. Franciſci ædem, Bibliothecam inſignem Malateſtæ Novelli opus omnis generis manuſcriptis libris, inter quos quidam rariſſimi, abunde inſtructam. in veſtibulo ſymbolum legitur Malateſtarum: ELEPHAS INDUS NON CURAT CULICEM Ager *Porto del Savio.* *Cæſena*

Suburbicanus vino generoso quod Cæsennate vocat Plinius, est nobilis.

Interius longè in læva Sapis ripa *Forum Saracenum* est, ab negociatoribus ex finitimis agris commerciorum gratia frequentari. Tum altius ad Apennini radices Sarsina Plauti *Sarsino* Comici patria nobilis Episcopatu, cui subsunt Castella 20. Tractus hic Bojus dicitur quasi Bojorum ager: estque urbis hujus ager, uber vite, olea arboribusque omnis generis fructiferis: ulterius secundū Sapim via ducit ad opida *D. Mariæ* & *D. Petri* in Balneo sic ab aquis ibi medicatis dicta.

Mercato Saracino

Hinc in ora maris post Sapis ostium Nemus vastissimum continuat. Pinis miræ altitudinis frequens.

Pinetū

Extra *Pinetum* Candiani amnis, nunc Paludis ostium sequitur, ubi olim Turris Pharea fuit, & Portus classisque Ravennæ, ac 250. uavium tutissima statio & ob Portus celebritatem frequentiamque hominum ædificia fuere adstructa, quæ & post mœnibus circumdata opidum formaverunt, cui *Classis* nomen fuit: Sed plane unà cum Portu interiit opidum, ut præter sumtuosum D. Apollinaris fanum, nulla vestigiorum vestigia supersint: Fuit & inter Classem & Ravennam Cæsarea opidum, cujus ruinæ

Classé.

næ ſive veſtigia cernuntur, ubi nunc S. Maria in portico
S *Mariæ Porticariæ* Monaſterium, 3000 paſſ. ab Claſſe, eſt. ita ut continuata olim quaſi ab Ravenna Claſſem uſque videretur civitas : nec mirum ſit hodie toto illo ſpatio innumera ſpectari antiquitatum rudera.

Ravenna porrò hinc ſequitur poſt Bedeſis fl. oſtium urbs omnium antiquiſſima longeque ante Trojanum bellum à Theſſalis condita, compluribus olim ædificiis ſuperbis exculta fuit, uti quam Imperatorum ſemper Exarchi, quandoque & Reges incoluerunt, quorum tamen nulla jam veſtigia apparent, & hodie antiquitate magis quàm ædificiorum pulchritudine clara eſt. *Situs* ejus prope mare Hadriaticum in paludibus, & tamen ibi aër (ut Strabo teſtatur) innoxius, quod per adfluxum æſtuantis maris inundentur paludes cœnoſaque omnia eluantur, & vitalem reporem paludes magis hinc inſpirent vitibus maximè, ut quæ hîc celeriter matureſcunt & uberem fructum pariunt: unde Ravenna antiquitus à vini copia laudata, ſicut damnata ab aquæ dulcis inopia fuit : Hodie autem plæreque paludes ſiccatæ rivisque diſſipatæ atque exſtinctæ ſunt, duoque tantum fluvii,

Ravenna.

Situs ejus.

Bedesis & Montone, intra suos alveos urbem alluunt & irrigant: fertilesque nunc agri magnam, frumenti præcipuè copiam proferunt, aut quæ suburbana arva non ferunt, ea ex propinquo maris secundo æstu importari juxta, ac superflua exportari compendio possunt. Portum enim habet & habuit semper ad Bedesis ostium.

Porta ejus.

Muris denuò urbem hanc cinxit Tiberius Claudii Drusi F. Cæsar Augustus Germanicus ut monumentum indicat apud Portam Auream, quæ & *Speciosa* audit, haut immeritò etenim lapidum ac structuræ specie elegantiaque planè est admiranda.

Portus Speciosa.

Cæterùm quamvis, ut dixi, ædificia vetera quibus hæc urbs exculta fuit omninò perierint: Sacrarum tamen ædium ad hanc usque diem aliquas edax tempus servavit, multo attamen imminuto splendore; & sicubi tempus benignum fuit hostes sævierunt. Sensit præcipuè Sacrilegorum Vasconum manus Archiepiscopale Templum immensis opibus nudatum: ejus fabrica pulcherrima est nixa quadruplici ordine marmorearum columnarum: Spectantur & effigies XI. Archiepiscoporum Ravennatum, quorum capitibus dum crearentur, suffraga-

Templa.

Cathedrale

fragator S. Spiritus columbæ ſpecie inſedit. Succedit illi quod *D. Vitali* ſacrum formâ rotunda conſtructum, quod ex multis illuſtribus ornamentis quibus ſpoliatum fuit, reſervavit 4. admiratione dignas columnas: inter quas una tantæ raritatis, ut propemodum omnia pretioſorum lapidum genera, veluti porphyritidis, ophitis, granati, jaſpidis rubentis viridisque ac citrini aliorumque colorum, item achatæ, rubini, chalcedonii reliquorumque id genus in ſe contineat, cui vix alia ſimilis invenitur; juxta Templum hoc non procul Theatrum vetuſtum eſt Caji Cæſaris, & ædes Divis *Gervaſio Prothaſioque* ab Galla Placidia, Honorii Auguſti ſorore conſtituta: cujus ibi, filiorumque item duorum ſepulchra viſuntur pretioſiſſimi marmoris, artisque ſingularis. Templum ipſum marmoribus eleganter incruſtatum & pavimentatum. Extat in urbe aliud Placidiæ inſigne Templum; *S. Ioanni* Apoſtolo dedicatum, & ab ipſo 9. die februarii cælitus ſacratum, unde eo die populi frequentes hîc ſupplicationes: ſpectantur in hac æde Græcanicæ imagines omnium Imp. quos ad illud tempus Placidiæ Gallæ gens habuit. Sequitur *S. Andreæ* ædes, 9. egregii marmoris columnis ſpectanda,

S. Vitalis.

SS. Prothaſii & Gervaſii.

T. D. Ioannis

T. S. Andreæ.

& maximè duabus arte & materie excellentioribus. Picturæ elegantis ſpecimina, in *Deiparæ ad Porticum* æde ſpectanda, ſcatet enim ejus generis ornamentis. Templum *S. Apollinaris* (olim *S. Martini* cognominatum in Cœlo Aureo, condidit Theodericus Oſtro-Gothorum Rex, & duplice ordine marmorearum columnarum Conſtantinopoli advectarum aliisque Româ & aliunde peritis marmoribus ſplendidiſſimè ornavit. Circa forum D. Mariæ in Porticu peramplum viſitur Cænobium & *Dantis Aldigerii* Etruſci Poëtæ nobilis ſepulcrum marmoreum à Bernardo Bembo Venero; Ravennatum quondam Prætore, excitatum.

T. S. Mariæ ad Porticum.

S. Apollinaris.

Forum

T. S. Mariæ rotundæ.

Extra muros eſt ædes *S. Mariæ rotundæ* antiquiſſima & pulcherrima: ædificium rotundum eſt ac eximium, opere reticulato è ſpiſſo quadrati ſaxi muro: pavimentum ingenioſè teſſelatum bellis renitet emblematis: Tectum totum ex uno ſolido ſaxo granoſo ſed præduro, forma hemiſphærica concavo: in cujus umbilico medio foramen rotundum diem ac ſolis radios immittit &c.

Alia templa & eximia antiquitatis monimenta, ut ſepulcra, tymbos, inſcriptiones magno numero, prætereo.

Spe-

Spectatur inter cætera in cratere Fontis *Herculis Horarii* vel Astrologi statua qui posita clava velut Atlas, innixus genu sinistro è terra semet erigens, amborus lacertis atque cervice gestat Horologium Solare semirotundum & convexum, in cujus concavitate per gnomonis seu umbilici solis umbram, horæ diurnæ lineis distinctis demonstrantur. *Simulacrum Herculis Horarii.*

Habet & urbs hæc Arcem muniram cujus turres aliquot per tormenta bellica dejecta, ab Gallis.

Cæterum urbs est Archiepiscopalis; ac Archiepiscopus, Canonici & Monachi hîc sunt ditissimi, totamque ferè ditionem sibi vendicarunt: Pascua ad urbem optima ex quibus magna lactis, butyri, casei copia, sed in Padi paludibus sub calido aëre cùm sita sit hæc urbs, culicibus infestatur, & ranarum loquax turba circumsilit. *Arx.* *Ager.*

Redeo hinc in Æmiliam viam quam post Cæsenam Sapis, & Torrens interrumpit Avesa, ultra quem in campis peramœnis jacet *Forum Popilii* unum ex quatuor foris à Plinio memoratis, in quibus olim Magistratus populi Romani fora agere solebant; Arcem habet insignem: habuitque quondam Episcopum, qui anno 1370. in Forum *Truen-* *Forlimpoli.* *Bertinoro.*

tinorum translatus hodieque permanet: urbs hæc posita in tumulo, Arcemque habet munitissimam Imp. Frederici II. opus; aër ejus miræ salubritatis & ferax ingeniorum: fixitque in ea sedem propter summam loci amœnitatem Fridericus Ahenobarbus: Hinc 2000. pass. opidum *Polenta* sub colle jacet, origine gentis Polentanæ, Ravennæ quondam Principum clarum; ulterius in Bedesis ripa læva ad collis radices *Meldola* conspicitur opidum munitum & lautum, agrum habens copiosum: olim in potestate Malatestarum Principum Ariminensium.

Polenta.

Meldola.

Rursus in via Æmilia, & Montoni amnis ripa dextra, Civitas est *Forum Livii* episcopalis, situ & natura ac rerum omnium ubertate præstans, ære fruens optimo. Prætorium habet sumtuosissimum in Foro, ab Ægidio Cardinale ædificatū, & deinde semirutum jussu Chatharinæ Sfortiæ, in cædis mariti ultionem. Condiram volunt ab L. Hermio veterano milite, qui Ducis sui Livii Salinatoris Cos. nomen ei dedit: superbit ortu *Corn. Galli* Poëtæ celeberrimi, & aliorum fuit quæ olim opibus & potentia vicinis molesta. Agrum habet frumenti, vini & olei feracissimum, & qui coriandrum, Anisum, Fœnum Græcum, Cuminum,

Forli.

Ru-

Rubiam glaſtum, aliaque hujus generis gignit.

Huic 110co. paſſ. in via Æmilia ſuccedit *Faventia* honeſta & frequens urbs, ſalinis Saxonicis non abſimilis: ſecat eam amnis Anemo: & inter opera publica Templum habet magnificum, Cathedrale & Epiſcopatus titulo celebre: Arcemque à Frederico II. Imp. conditam: Pontem lapideum ſanè pulchrum duabus turribus munitum, quo & urbs ſuburbiis cohæret, & Æmilia via continuatur. Aſtor Manfredus urbem à Frederico II. nudatam auctioribus firmavit mœnibus, altaque & lata cinxit foſſa: idemque Prætorium in foro ſplendidum conſtruxit: Figulinis celebrata eſt urbs præſtantiſſimis quæ & Aretinis præferuntur, unde incolis uber quæſtus: Populus ſtudioſus admodum rei publicæ, animis omnium ad pacem & quietem ſpectantibus, factionesque deteſtantibus. Ager illi optimus, frumenti vinique fertilis, maximè verò lini candidiſſimi, à Plinio etiam celebrati. *Faenza* 20.

Hinc meridiem verſus juxta fl. Anemonis vallis conſpicitur amœna. opidis, colonis & Caſtellis referta: in iis *Briſigella* ortu inſignium Ducum præclara. *Val. dell. Anemone.*

Ad viam Æmiliam recurrenti *Pons* *Briſigella.*

P. S. proculo C. Bolognise. D. *Proculi*, Senio amni inlocatus se offert, duplici Bononiensium strage celebris. Pontem transgresso *Castellum* occurrit *Bononiense* lautum & opulentũ à Bononiensibus anno 1388. condirum: Huic succedit in Via Æmilia ad ripam Saterni amnis *Imola* urbs Episcopalis, olim *Forum Cornelii* dicta: Imolæque nomen ab Arcis appellatione natum: Fossa, aqua, muro satis munita, non absimilis *VVittebergæ* nobilissimæ Saxonum civitati, Incolæ lauti, opulenti, acris ingenii, virtutis eximiæ, summæ industriæ, quocunque animum applicent, & claros viros genuit non paucos. Ager ejus frumentarius, vini, olei, aliarumque frugum ferax.

Imola.

Conselice. Inferius 12000. pass. in ripa Saterni conspicitur *Caput Silicis* huc usque enim via silice strata ab Imola perducebatur: ditionis est Ferrariensis:

Ducato di Ferrara. Ducatus *Ferrariensis* Romanulæ juxta Mare Venetum succedit, concluditurque porrò finibus Rodigii; Mantuæ & Bononiæ territoriorum; continens Padi fluvii ostia 6. in mare Adriaticum exeuntis. *Padum* fl. Poëtæ Eridanum; Ligures ab immensa profunditate Bodincum dixere, Plinius *auriferum*. Virgilius *fluviorum Regem*. & certe non Italiæ tan-

Post.

tum

tum sed totius Europæ fluviorum Rex est & Princeps. Nascitur inter Ligusticas Alpes è gremio Vesuli Montis, ibi ut se exiguis fontibus collegit, subterraneo cuniculo hauritur, nec multò post propter Vibi forum exilit, atque ubi terrarum ingens spacium emensus, undique & undique ingruentem aquarum vim uno alveo vix continet, supra Ferrariarum in duos veluti ramos scinditur, quorum alter Francolinum, alter Ferrariam irrigat; dein hi rami rursus divisi, per 7. ostia adeò ampla in mare effluunt ut 7. Maria nuncùpentur: tantoque cum impetu ruunt ut fluctus maris cedere rapidoque eorum cursui viam facere cogantur: Septem item Portus constituunt, qui vulgo *Porto di Fornaci* qui 2. dein *P. di Goro*: *P. dell, Abbate*: *P. di Volana*: *P. di Magnavacca* vel *Commachio* & *P. Primaro*; opida autem hic Ducatus aliquot habet, & vicos plures, civitatem verò nullam, præter *Ferrariam* Ducatus caput, quæ urbs ad Padi ripam posita resplendet pulchris egregiis ædificiis; peramplis item & apertis plateis; Gubernatoris Pontificii sedes ampla quoque est, nec minor Bononia: Lambit Padus fi. urbis latus quod maximum est, atque eam partem ab hostium in-

Portus *Padi.*

Ferraria

Situs & munimenta ejus

cursu

cursu tutatur; quam tegit etiam ultra fluvium in ipsa ripa 1. excitatus validissimus agger propugnaculis eminens; ad quem duobus flumini Pontibus instructis itio est, alias partes urbs fortissimis muris, turribus, propugnaculis laris ac prælatis, aquarumque plenis, fossis adeò est munita, ut quibuscunque hostium viribus obsistere facilè possit: A testini insuper Principes, nuper Ferrariæ Duces, illustràrunt hanc urbem splendidissimis ædificiis, maximè umbilicum (ut sic dicam) civitatis: 2. ibi Castrum, Præsidium atque ornamen-
Arx. tum urbis egregium: Non nimis ingens est quò defensio ejus facilior: 3. Aulicorum enim plerique extra eum in proximo ædificio habitant: 4. Ipsi præsidiarii Germani exclusi seperata, in proximo stativa habent: 5. Proximum item Armamentarium est: 6. In quo bellicæ machinæ asservantur: & è regio-
Horti. ne Arcis: 7. *Horti* amœnissimi, deliciæ quondam Ducum, quos impensè deditos fuisse hujusmodi oblectationum ge-
Belve- neribus indicat vivarium, (*Belvedere*)
dere. quod juxta urbem in Padi fluvii insula conditum ab Hercule II. ac muris circumcinctum longitudine 500. pass. latitudine breviore, ornatum Palatio pul-

chri-

chritudinis ſummæ. Incluſi quoque ſunt intra ipſa urbis mœnia lætiſsimi & crebris arboribus veſtiti colles. Nemus in urbe; aut in nemore urbem diceris eſſe.

Ab arce exiguo diſtat intervallo *Palatium Nobilium*: ante quod Area ſpatioſa, & equeſtris ex ære ſtatua Herculis II. circum quam noxii paſſus 20. quoquò verſus aſyli jus habuêre ex SC^to. ut qui vim intulerint, læſæ Majeſtatis crimine teneantur: Curia inde; hinc Templum *Cathedrale*: media Sutorum Porticus interjacet. Forum inter hæc longe latèque patens, in quo capitales pœnæ ſumuntur ante carceres ipſos, ut alienum ſupplicium adſpectando ſuum diſcant. *Palat. Nobilium.* *& Cathedrale.*

Spectari inprimis merentur *Palatii* inſignia, atque Regalia ornamenta, item Novi Caſtelli ſtructuræ magnificæ & ſumtuoſæ: Bibliothecæ, atque rariſsimæ antiquitatum reliquiæ, nimirum ſtatuæ marmoreæ artificii ſingularis ſigna tabulæ: ſigilla ærea ac marmorea, item nummorum antiquiſsimorum & elegantiſsimorum ex auro, argento & ære omnis generis: item gemmarum cælatarum capſulæ plurimæ, quæ toto quatriduo exacte perluſtrari non poſſent. *Palatii ornamenta.*

Tem-

Templa. Templa urbs hæc multa oſtentat, inprimis videnda ob monumenta in iis illuſtrium virorum: & quidem in S. Dominici Templo, F. Cornæi Juriſconſulti & Cœli Calcagnini in D. Benedicti, Lud. Arioſti: poëtæ nobilis, cum epitaphio in æde *D. Mariæ Vadi*, Philippæ Camerinæ epitaphium & infra depictæ imagines Juſtitiæ, Mortis, & Fortitudinis & adſcripti hi verſus, quos nec OEdipus explicaverit:

T. D. Mariæ Vadi

Quæ ſunt pro his, quæ non ſunt, quæ ſi eſſent
Pro his, quæ cum ſint non ſunt, quæ videntur
Eſſe pro his, quæ clam ſunt, in cauſa ſunt, ut
Quod eſtis ſitis.

Pulchra hæc magis quàm pudica fœmina fuiſſe dicitur: Canonici S. Salvatoris ſub titulo S. Mariæ Vadi, habent ſanguinem miraculo venerandum, & ſuo venuſto Templo hoſpitem delectabunt: in æde Carthuſianorum ſumtuoſum Borſi Areſtini conditoris monumentum; in *D Mariæ Angelorum*, Annibalis Bentivoli, & in umbilico ejus Nicolaus Ferrariæ Dux: qui urbem quà Pado alluitur novis mœniis clauſit, vias ampliores reddidit, & lateritio ſtrato munivit,

T. S Angelorum.

nivit, Cœnobium templo adstruxit: cives ei ob res gestas equestrem statuam æneam in foro propter Curiæ fores statuerunt.

Cæterùm magna pollet hæc urbs nobilium familiarum opulentiâ atque civium locupletum frequentiâ, quamvis nec rectis nec civibus Bononiam æquet, uti æquat eam amplitudine; Academiam verò habet, ab Frederico II. Imp. Bononiensium in contumeliam, erectam in qua Jus docuerunt olim *Angelus Aretinus*, *Felinus*, *Sandæus*, *And. Alciatus*, *Guarinus Veronensis* & alia Jurisconsultorum lumina: Sane urbs est grata Musis, quamvis cælum ipsi crassius ob situm palustrem, omnibus tamen ad vitam necessariis abundat, amœnaque est ac inter primas Italiæ urbes merito numerata. *Ager* ejus omnis, ob arborum frequentiam amœnissimus & quoque fertilissimus, quantumque satis est (aut forsitan nimio plus) Padi aquis irriguus. *Acade-mia.* *Ager.*

Visuntur in agro Ferrariensi nobiles pagi, inter quos ad Padi alveum Septentrionalem *Francolinum* ab Atestinis structum, ut Arx esset præsidiumque Ducatui. Prope est *Insula* opidum, & altius *Stellata* Arx, & ei oppositum *Ficarolum*, & non procul inde ad Panori *Franco-lino.* *Isola.* *Stella-ta.*

ostium

Buondeno ubi Mon. D. Mutinæ

ostium ubi Padum ingreditur *Bodincum* vel Bodincomagum opidum satis lautum: infra Francolinum juxta Padum, *Fossa Pelasella*, victoria nobilis contra Venetos intra quam *Orcanus* pulcher pagus est, & inferius Crispinum & *Corbula*, & & in finibus ditionis Venetæ *Adriæ* antiquæ civitatis pauca rudera, adeò olim illustris ut Adriaticum mare nomen inde sortitum sit. Inde meridiem versus in insula *Ariana*, ad Gaurum, *Arianum* & *Mesola*: quorum illud, Turcorum nobilium opidum: & ulterius Maxentia & *Pomposa* Monasterium. Tum in insula S. Georgii Massa, Fossa arborum Miliarinum, Medelana. Portus *Belrigardum* Vicaveria, Burgum S. Georgii quondam Ferrariola, unde Ferraria; *Benvegnantium* Calcagninorum splendidissimum Palatium. Item Cossandolum, *Boccaleo* Ferrarienſum Principum Palatium, ad Padum, sumtuosum. tum *Argenta* Castellum nomen habens ab Argento, quod incolæ quotannis Ravennati Antistiti pendunt, ut quidam volunt, dein Longastrinum; Filum: Fossa Putula Ittuma-na & S. *Alberti* Castellum anno 1400. ab Nicolao Marchione conditum. Tum in eadem insula juxta litus stagnum ambitu 12. milliarium in quo Civitas *Comachum*

Ariano Pompoſa Mon. Ducis Mutinæ Belvigu-ardo.

Benvignante.

Bolcaleone.

Argenta.

S. Alberto.

Comachio.

chum priſcis Cymachum quia in undis ſita: cujus incolæ Piſcibus, cephalis, anguillis aliisque capiundis, ſalique coquendo dant operam. Hinc ultra fluvium Portus Primari *Baſtia*: *Fraſcata*: & *Lucus Lugo*. opidum, cùm civibus tum rebus, tuendæ vitæ neceſſariis abundans, inſeptum tamen: ager illi magnâ frumenti rubiæ vinique copiâ uber: Haud procul in læva Senii amnis ripa parvum quidem ſed nobile opidum eſt *Cotignola* alta ſeptum *Cotig-* foſſa murisque firmis; unde originem *nuolo.* traxit incluta Sforziarum gens.

Prope opidum *Barbianum*, Cuniatum *Barbia* Comitum olim Patrimonium, in Senii *no.* ripa locus monſtratur, ubi olim fuit *Cu-* *Cunio.* *nium* Caſtellum, rebus ab Alberico Cuniate, magno Duce contra Britones, qui in Italiam irruperant, geſtis nobile: tuentibus adhuc memoriam loci, foſsà qua cingebatur, Templo paucisque tectis: quæ tamen recenter excitata:

Inter Ferrariæ, Mutinæ & Tuſciæ Ducatus, & Romanulam Provinciam *Territo* Bononienſe Territorium incluſum jacet, *rio di* Pontificii quoque juris: nullamque præ- *Bolog-* ter Bononiam habet civitatem, ſed opi- *na.* da & pagos quàm plurimos, Agri ejus *Ager* quanta ſit ubertas ex communi noſci- *ejus* tur ſententia *Bologna graſſa*. arvis enim eſt *pinguis*

munita

munita hæc ditio fœcundiſſimis, tritico, leguminibus ceterisque ſegetibus, & præterea perbellos in arvis arborum ordines cum vitibus: Apenninum & meridiem verſus loca, ficubus, oleis, vitibus, pyris, pomis, aliisque fructiferis arboribus undique conveſtiuntur. adeò ut cum è campeſtribus tum è collinis fundis omnia vini genera legantur: Apianum, Trebianum, dulce, auſterum vehemens, medium, acutum, album, helvolumque: egregiæ etiam ſunt oleæ, craſſitudine atque dulcedine cum Hiſpanis decertantes: abundat & moris arboribus, nec deſunt herbida prata denſæque ſilvæ lignatione & venatu opportunæ: ſunt & lapidicinæ multæ albæ ac molles: gypſumque hîc coquitur; cannabis linique maximè ferax ſolum eſt. Alumine haut caret; neque ferro, nec ſaluberrimis balneis, fluminibus, torrentibus, ſtagnis & fontibus.

In medio circiter hujus territorii & viâ Æmilia ſita eſt *Bononia* olim Felſina & Regia ſedes: nunc Epiſcopatu & legati Pontificii Regimine illuſtris. *Bologna.*

Æmiliæ decus & belli pacisque patrona:
Dives opum variarum & nullius indiga cultus:
Muſarum domus, atque omnis nutricula Iuris: Plani-

Planitie adclivi procumbens ſolis ad ortus:
Inter aquas Sapinæ & Rheni, quarum utraque in urbem
*Ducta, vehit revehitque rates * piſtrinaque verſat.*

Situs.

** In Padum exeunt prope Ferrariam.*

Ceterum Bononia inter Italicas nobiliſsimas & ſplendidiſsimas urbes recenſetur, ejusque circuitus eſt 7. millia-rium, in quo Portæ patent 12. Potens eſt nobilitate; & mercatura, in primis mercium ſericarum Damaſceni operis, frequens; viæ rectæ ſunt & porticibus clauſæ: ædes magnificæ, neque civitas reperitur in Italia, in qua cives tam ſumtuoſè & magnificè domicilia teneant ac Bononienſis: Cellæ vinariæ ad profundum deſcendunt; hinc fit ut terræ motus non timeant; & ſi cælum non admodum hîc ſalubre.

Amplitudo & opes

Multa ſunt urbis hujus ornamenta, præclareque cum qua rei divinæ, tum quæ civium utilitati inſerviunt ædificia: Primi ordinis ſunt Divorum Petri Petroniique; illius Eccleſiæ, hujus urbis Patroni: Fanum D. Petri Epiſcopi ſedes eſt, maximum & ornatiſsimum: D. Petronii ob operis concepti nimiam magnificentiam, imperfectum. Inde S. Michaëlis mirabiliſsimum: S. Franciſci ſplendidiſsimum; S. Salvatoris elegantiſsimum;

Templa.

tissimum: D. Joannis Montani pulcherrimum: D. Stephani vetustissimum, olim Isidi & Serapidi dicatum: in *D. T. T. Dominici* Templo; ossa ejus Divi spectantur in pretioso tymbo, & monumentum ex ære Henrici Sardiniæ & Corsicæ Regis Henrici II. Imp. F. & epitaphium in quo historia captivitatis & mortis ejus refertur: in Cænobio amplo & sumptuoso 120. Patres convivunt: miraberis hic biblio & oino thecam, & quæsieris: Tantum unde vini & tantum unde librorum? In *Virginum Corporis Christi* Monasterio, Catharina, eximiæ quædam sanctitatis virgo colitur, corpore adeò integro ut ungues quotidie promittat. In Eremitarum S. æde, sacellum Joannis II. Bentivoli regio splendore sumtuque exstructum spectabis.

Dominici.

His subjungo Palatium amplissimum & pulcherrimum, *Academiæ* domicilium: 30. continens Auditoria: Cameras egregiè ornatas: Atria marmoreis columnis superba, aliaque: Academia est totius Italiæ celeberrima, à Theodosio Jun. fundata dotataque eximiis privilegiis, in aula suspensis. Olim adeò frequentata, ut nec scholæ auditoribus nec ædes habitatoribus in urbe sufficerent.

Academia.

Colle-

Collegium hîc habent Hiſpani, in quo alunrur ſtudioſi multi: Rectorem ipſi creant, qui ſecundas ab Academiæ Rectore tenet: de quo Covarruv. 3. var. 1. Eſt & Societas Germanorum (ſuperioris & inferioris) qui ſingulis annis binos Procuratores, & 4. Conſiliarios legunt.

Hortus *Pœtarum* peropportunè in ultima urbe ſitus eſt, oderunt enim turbas & ſtrepitus Muſæ: amant ſecretum nemus, frondium umbrâ, herbarum ſpecie, florum fragrantiâ delectantur, ita affectus eſt hic qui Muſis ſacer Horrus; & quod huc ſpectat Harmonia *Muſica* in hac urbe adeò excellens, ſtatis diebus, convenit, ut vix in Italia omni par reperiatur: Atque quotidie ante prandium & cænam in pergulâ ante Palatium ſuſpenſâ, *majus Forum* verſus Muſici proſtant, ibique tubis aliisque inſtrumentis ſonoris muſicis canunt ac clangunt ſuaviter.

Hortus Poëtarum.

Muſica.

In foro hoc (quod trium inſtar amplum) *Fons* ſaliens eſt, pulcherrimis ſignis, coloſſeoque uno Neptuni decoratus, cujus operis auctor Ioannes Strada Brugenſis: *Curia* ibi Senatus ampliſſima eſt & juxta Forum Palatium eſt ampliſſimum, neque abs re *majus* appellatum:

Fons in foro. Curia. Palatium Gubernatoris.

tum: ad Aulam ascenditur per gradus paulum acclives, ut evehi etiam equo possis, ibi ingens Pauli IV. Pont. simulacrum, & supra Palatii Portam Gregorii XIII. civis Bononiensis: item Bonifacii VIII. & Imp. Caroli V. honori positum monumentum spectatu non indignum:

Turre d'Asinelli. T. Garisenda

Centrum ferè urbis designat altissima & scansilis 447. gradibus *Turris* ab *Asinellis* conditoribus nominata; quam proximè inclinatur alia, *Garisenda* nominata; ut minari ruinam videatur veritosque etiam cives ajunt deposuisse fastigium: itaque hodie 40. ulna alta est, cum antea 130. fuisset, par scilicet Asinellæ.

Forma urbis, & opes

Cæterum urbs instar onerariæ navis est formata, in cujus medio Asellinorum Turris, quasi malus stat & Garisenda scalas ostendit: Divitiis opulenta est civitas, & æquilibrio quodam partitæ sunt civibus, unde maximè semper floruit: & 40000. coronatorum singulis pæne annis in suos Professores exponit: incolæ ad 80000. hominum ascendunt.

Regimen.

Regitur ab legato Pontificio, cui adjunguntur 40. viri ex nobilitate, qui singulis 2. mensibus creantur, & appellantur Consules, vulgo *Confalonieri della giusti-*

giustitia, qualicunque libertatis specie, & vox LIBERTAS, in insignis civitatis bis inserta: nec Arcem ullam paritur, imò fundatam aliquando evertit ac diruit: muris illam ambientibus ex latere cocto, jam multis sæculis contenta, suorumque vigore atque consilio optimè audax: quamvis aliàs verè dixit Bocacius: *O singolare dolcezza del sangue Bolognese.* Hæc de urbe Bononiâ, quæ splendet frequentiâ nobilium illustriumque ac venerabilium virorum, & quorum rhedis viæ urbis noctu diuque personant.

Extra urbem prope meridiem versus, Collis est quem *S. Michaëlis in Bosco* seu Nemore vocant, ab arborum quibus vestitur frequentiâ: ubi Templum, cum Cœnobio, Archangelo sacrum, visu dignissimum: Templum, atque sacraria cuncta, marmorum nobilium omnis generis columnis, trabibus, atque cælatura renident: oculos quoque animosque mirificè delectant Monasterii ipsius *locupletissimi* sumtuosa ac magnifica ædificia; in primis Bibliotheca librorum & tabularum omnis generis plena; ut præteream hypæthras, hortos & pomaria exultissima, nec non fontes & piscinas Apennini rivulis limpidissimis exundan-

S. Michaële in Bosco.

tes, & piſcium ſaxatilium copiâ ſcatentes: breviter quæcunque Natura & ars habuere inſignia, ad ornamentum hujus loci collata fuêre: quæ architecturæ vires ſint, quid ſculptura poſſit, quid pictura, portentoſis editis operibus hic demonſtratur. Inprimis quoque juvat ex hoc monaſterio velut è ſpecula contemplari urbem & Galliæ Ciſalpinæ ſubjacentem amœniſſimam planitiem, à Polybio laudatam.

T. S. Mariæ

Prope eſt ædes *D. Mariæ* in Monte Guardiæ, in qua imago D. Virginis ab Euangeliſta D. Luca picta eum ipſum in finem ut ſuo rempore in hoc loco collocaretur, & religione ac miraculis clara fieret.

S. Vittore. Palatia.

Eſt & in propinquo locus *S. Victori* ſacer, collibus clauſus, in quo, quaſi ignotus triennio manſit *Bartolis*, jus imperatorium penitus cognoſcens, item Cardinalis Vaſtevillani opus Regium extollitur eo loci; & multa civium Palatia colles ornant, qui Euganeis nequaquam invident. Sed nec illud ubique prædicatum ænigma, quod extra Portam Maſcarellam, in ſuburbano quodam prædio Templi muro affixum exſtat, prætereri debet, quod ſic habet:

Ænigma ob ſcuriſſimum.

D. M. ÆLIA, LÆLIA, CRISPIS,

nec

nec vir, nec mulier, nec androgyna, nec puella, nec juvenis, nec anus, nec casta, nec meretrix nec pudica; Sed Omnia: Sublata neque ferro, neque veneno; Sed omnibus: Nec calo, nec aquis, nec terris; Sed ubique jacet. LUCIUS AGATHO PRISCIUS, *nec maritus, nec amator, nec necessarius; neque mœrens, neque gaudens, neque flens, Hanc nec molem, nec pyramidem, nec sepulchrum; Sed omnia, scit & nescit, cui posuerit. Hoc est* sepulchrum, *intus* cadaver *non habens*: *Hoc est* cadaver, *extrà* sepulchrum *non habens: Sed* cadaver *idem est &* sepulchrum *sibi.*

Opida alia notiora hujus territorii & quidem septentrionem versus atque Ferrariam: post tria milliaria in viculo *Cer-* *Corti-*
ticelle Euripum Rheni Ponte lapideo *cella.*
permeas, & ampla ac æquali via pervenis ad opidum *S. Georgii*: quod longa *S. Geor-*
via sequitur *Poggium* Lambertinorum, *gio.*
nobilis Bononiæ gentis cui prope ad- *Poggio*
jacent SS Prosperi & *Venantii* loca, *regnati*
Platensium antiquæ Bononiensis Fa- *co.*
milia Patrimonium. inde in ripa Rhe- *S. Ve-*
ni *Plebis* opidum olim præclarum. & ul- *nantio.*
tra Rhenum, *Centum*, cujus ager canna- *Pieve.*
bis ferax inde versus orientem non procul ab S. Georgii Castello, apparet Pala *Benti-*
tium Regio sumtu ab Joanne *Bentivolio*, *voglio.*

olim Bononiæ Regulo reſtauratum & nominatum, nam anteà *Pons Poledranu* vocabatur. Hinc in via, quæ Bononia Ferrariam ducit, Maletum vulgo *Mal. Alberga*, ſe offert: Hoſpitium infame, nomine & re: Hinc verſus Bononiam & Æmiliam viam *Butrium* eſt opidum opulentum, in Idicis ripa ſitum, patria Antonii à Butrio Juriſconſulti, cujus ager planitie gaudet ſumma, & ubertate maxima: cannabisque maxime viget, inter omnis Italiæ, majoris æſtimationis; inferius, ad Idicem, Palatium Magiolorum: & ulterius *Molinella* & *Medicina* Caſtella: & inter hæc duo Palatia *Silva* & *Malvezii*, & propius Æmiliam *Caſtrum Guelfum* Malvetianorum Patriciorum Patrimonium: Tum in ipſa via Caſtellum D. Petri conſpicitur anno 1200. a Bonienſibus conditum: & inde Claternam fl. tranſgreſsis offert ſe locus ubi quondam opidum *Claterna* ſteterit, à Bononienſibus diruta: & altius ultra Æmiliam ad Claternam fl. *Varignana* opidum, Petri Varignani Medici ortu nobile: & rurſus ad Idicem fl. ultra Æmiliam in tumulo Caſtellum adparet, quod vulgo *Britti* vocant: Arx olim urbis Briutis, cujus ſuperſunt, præter Abbatiam pervererem, aliquot antiquorum operum veſtigia.

Mal. Alberga.

Butrio

Pal de i Magioli.

Tal di Malvezzi.

C Guelfo.

Quaderna.

Varignano.

Britti.

Hic

Hic loci colles jucundissimi & verè Euganei summâ animi alacritate spectantur, viridariis, arboribus, Palatiis nitentes: generantque hi colles magnas, dulces & virides olivas, omnibus Italicis præferendas. Prope hos colles, meridiem versus, Bononiâ iter Florentiam fit. Ubi primo ultra Sapinam fl. decimo lapide, *Planorum* occurrit, vicus hospitiis & tabernis abundans, nomen habens ab Etrusco Duce quodam, à quo omnem circumquaque regionem nominatam *Bianorum* fuisse quidam scribunt: Docent vestigia, Arcem hîc fuisse, quam propter opidanorum defectionem anno 1377. Bononienses cum Lojano, Zapolino & Monte Marmio diruerunt: *Lojanum* verò inde juxta Sapinam amnem altius situm: prope verticem Alpium paucas tantum ædes servavit: Huic transeunda silva castanearum, & vicus, ad quem cum asper sit ascensus, meritò *Scarica l'Asino* dictus, Ramazoti olim strenui ducis patrium solum: indeeâdem viâ pergenti, in finibus Bononiensis territorii, lævâ, prærupto in colle opidum se offert *Cauronum* ultraque *Petra Mala* vicus; Tusciæ Duci M. subjecta loca: Mons hic dicitur æternos intra viscera ignes alere, & ejaculari interdum,

Colliū hic amœnitas.

Bianoro.

Scarica l'Asino.

Cauronа.

Pietra mala.

fumare ut plurimum, & vehementissimè cum pluvium cælum est.

Rheno fl. P. S. Mariæ

Bononiâ rursus versus Meridiem *Rhenum* fluvium ascendenti, occurrit primò Prioratus S. Mariæ à Rheno vetustissimus, unde Pontifices 2. Cardinalesque & Episcopi plurimi vitam suam expenderunt. Regia Saragotiæ viâ incedens ad dextram prospicies, pulcherrimis ædificiis fructiferisque arboribus ornatos colles: Super Rheno longus & lapideus occurrit Pons in vico *Casalecii*: & magis ultra repagulum lapideum firmum, quo fluvii aquæ per canalem ducuntur in urbem magno civium commodo. Inter amnem & Colles est Vallis Rheni ditissima, frugibus, vinis, oleo, fructibus opportima, in qua magnifica Rubeiorum villa conspicitur & Palatium regio ornatu amœnoque situ commodissimum: Succedit hinc *Castellum Episcopi* opidum olim, nunc vicus.

Casalecchio.

Chiusa

Pal. di Rossi.

C. del Vescovo

Chiusura.

Inde altissimam rupem, quæ ferro secta, emenso offert se Saxum Giosinæ: & mox Planities Misani, ubi multa quotidie reperiuntur antiquitatis & ædificiorum vestigia: Hanc excipit *Vergatus* vicus Senatoris Bononiensis jurisdictionem ibi exercentis: Longius hinc & altius juxta Rhenum Balnea Porrectanea opi-

S. M. del. Sasso

Piana di Misano.

Vergato.

opidum non contemnendum & honeſtum, ubi ex ſaxo medicatæ aquæ calidæ magna copia prorumpunt, quarum vis omnibus notiſſima, vulgi dicto hujuſmodi celebrata: *Chi beve l'Acqua della Porretta; O che lo ſpaſſa, O che lo netta.* Præeſt illi Raynuta Domus nobilis Bononiæ Comitis titulo: initium dedit ei antiquitus Capagnianum vicus, ædificia quædam, collibus duobus vallata, conſtruendo. Superiori loco conſpicitur non procul *Capugnianum* ipſum, patria Hieronymi Capugnani, ordinis Prædicatorum Monachi eruditi: qui Itinerarium Italiæ Schoti additionibus ſuis egregiè illuſtravit. Cetertùm his locis Bononienſium & Tuſciæ fines ſibi invicem occurrunt inter montes eminentes qui tamen fertiles, culti & bene habitati.

Bagni della Porretta.

Capugnanus.

Denique Bononiâ exiens per viam Æmiliam occidentem verſus: *Lavinii* & Gerundæ alveoli viam ſecant & dextrorſum deſcendentes mox confluunt & inſulam formant triangularem: Itali *Forcelli* nominant. Hic ille locus eſt prope Bononiam, quo Oct. Auguſtus; M. Æmil. Lepidus Triumviri olim inter ſe imperium Romanum partiti, & ad illud obtinendum junctis manibus conjuraſſe dicuntur. Viæ verò Æmiliæ

Lavino ſl.

Forcelli.

insistenti ulterius ad fines Mutinenses se offert Castellum Francum in ipsa via situm. Opidum: quod ipsum veteribus Forum Gallorum fuit vel alius vicus aut opidum non procul inde positum.

Atque huc usque de Pontificis M. Provinciis ultra Apenninum & ad Mare superum sitis, omnium opulentissimis & cultissimis:

Regni Neapolitani fines & amplitudo.

Regnum Neapolitanum nobilissimum & opulentissimum. Regni Arragoniæ appendix est, hodieque ab Rege Hispaniarum unà cum Arragonia ipsa possidetur: Tertiam facile totius Italiæ hodiernæ partem complectitur; peninsulæ in modum utroque mari, Tyrrheno & Adriatico septum, & quo ad continentem ab Ecclesiæ sive Papæ ditionibus distinctum Liris fl. fontibus, Apennino & Truento amne: positum est sub gradibus latitudinis 38. usque 43. longitudinis 37. usque 42. universim cæli temperie & varia omnium rerum ubertate beata: aquarum scaturiginibus, Promontoriis stupendis, montibus admirandis, fontibus amœnis & salubribus fluminibus, Portubus, munitionibus, & populo nobilitateque innumerâ insignis.

Situs ejus. Cæli & soli qualitas.

Urbium frequentia.

Continet urbes & opida circiter 1563. interque eas Archiepiscopales 21. Episcopa-

copales 107. & plures. sed hæ opibus ferè perexiguis dotatæ ob multitudinem earum: nam quoties opidum aliquod jure civitatis donatur, simul ei quoque Episcopus contribuitur.

Olim varii incoluerunt populi; uti ad mare superum Vestini, Maruccini, Peligni, Marsi, Frentani, Samnites, Hirpini: ad mare inferum Campani, Picentini, Apuli, Calabri: infra hos ad utrunque mare Lucani & Brutii; & unà cum Sicilia *Magna Græcia* dicebatur.

Hodie dividitur in 12. Provincias quæ sunt; Campania felix: 2. Principatus Citerior 3. Ulterior continens & Beneventi Pontificium territorium 4. Basilicata 5. Calabria Citerior. 6. Ulterior versus mare inferum: item 7. Tarentina Regio: 8. Barensis tractus: 9. Capitaneatus 10. Aprutium Citerius 11. Ulterius & 12. Molossinum Comitatum versus mare superum. *Divisio ejus in 12. Provincias.*

Regimen ejus, quoniam ab urbe Neapoli dependet ferè, in urbis hujus descriptione, breviter referam.

Campania vetus sive Felix princeps & præcipua Regni Neapolitani Provincia, est sita juxta mare Etruscum inter Latium & Picentiam sive Principatum citeriorem, Septentrionem versus *Campania sive Latium.*

habens Apenninum Montem. Dicitur vetus Campania ad Differentiam Latii, quæ Provincia hodie *Campania Nova* vel *Romana* nuncupatur. Felix verè audit & est à felici beataque regionis amœnitate & incredibili fertilitate visuntur hic spatiosi feracesque frugum campi; aprici fructiferique colles; amœna odorataque nemora; Jucundi salubresque fontes: & quid non miraculorum? Certè Campus est in quem Natura luxurians largissimo sinu effudit quicquid uspiam est deliciarum & amœnitatum: agri iidem frumenti, vini, fructuumque aliorum feraces, eminent inter flaventes segetes, viridantes arbores onustæ pomis, eædemque implexas vites, sustinent graves quoque uvis dulcissimi vini copiâ turgidis. Cùmque cælum hîc sit temperatissimum, terraque non frigore nimio, neque æstu laboret, fit ut ea, nunquam fessa, omni anni tempore alias super alias fruges producat, pyraque adulta pyris succedant, malaque malis: plantæ aliæ moriantur, aliæ pullulent, aliæ patulis diffusæ foliis terram vestiant, ac sempervirens & beatum, in media hyeme, ver efficiant.

Felicitas.

Cæli temperies.

Fluvios navigabiles habet: *Lirim Vulturnum & Linternum*, qui Patria hodie dici-

Flumina.

dicitur, Ducum, Comitum Marchionum, Baronum, nobiliumque ingentem alit numerum. Civitates; Archiepiscopales continet 3. Episcopales 22. alia opida muris cincta 140. Pagos (*Casate* vocant) 160. *Urbes.*

Urbes in Regno hoc Neapolitano, non æquè cultæ sunt ac in superiori Italia: una tamen *Neapolis* Campaniæ felicis, adeoque totius Regni caput, sedesque Præfecti quem Hispaniarum Rex Vice-Regis titulo mittit, nulli clarissimarum urbium; neque ædificiorum magnificentia, neque Palatiorum superbia, neque civium opulentia cedit; multitudine verò incolentium, habita amplitudinis suæ ratione omnes vincit. *Neapolis.*

Civitas est antiquissima, ab Cumanis vicinis primò condita & Parthenope, ab Sirenarum unâ ibi sepulta, nominata: deinde ab iisdem subversa, ac rursus restaurata *Neapolis* nomen accepit; Forma ejus oblonga est, in modum dimidiatæ Lunæ flexa murorum ambitus 7000. pass. non excedit; sed ampliissima & ædificiis densa suburbia videntur longius latiusque extendere urbem quam stringant definlantque anguſti muri. A *Pausilypo* duntaxat monte quod Neapolin usque spatii est (est autem 2000. *Origo urbis.* *Forma & amplitudo*

passuum) occupant crebræ adeò ædes, ut transiens illac hospes, mediam urbem ingressus esse sibi videatur: Cetera*rùm* Pausilypo monte & appendicibus ejus vallata est: ab austro verò aperta vitreum æquor, circumfusum in theatralis sinus modum contingit: hinc piscium copiam & dulcem inter æstivos ignes auram capit: inde, præterquam quod munimento veluti tegitur defenditurque à ventorum sævitie, mille fructus, ex fertilissimis scilicet collibus, carpit; inde aquas saluberrimas haurit, quæ inter suburbanum amœnissimum Prætorium (*Poggio Regale* vocant, quia Regum secessus fuit) collectæ actæque porrò in urbem, innumerabilibus quà publicis, quà privatis fontibus manant: Pingue Solum, placidum mare, benignum cælum; quid ultra est, quod ad urbis, quæ hæc habeat, felicitatem desiderari queat? Nil mirum vetustissimis temporibus fuisse qui ea loca tenerent: incolumi certè Romano imperio magni viri voluptatis honestæ & sanitatis causa incoluêre: etiam nunc frequentissima populo urbs est, & quicunque fermè in vicinis Provinciis possunt aliquid, Neapoli habitant: & foret in una hac urbe quicquid toto Regno hominum est,

Situs & amanitas.

est, nisi regio jusso contineretur quisque in Patria sua.

Cum autem hæc urbs sit quasi *Compendium totius Regni*, etiam multis modis & operibus munitissima est, in primis verò tribus Arcibus: S. Hermi: Ovi & Novo: *S. Hermi* velut in excelsa rupe insculpta Urbi & continenti minitatur, terrestresque facile arcet insultus. Structa primùm à Roberto Rege, deinde à Carolo V. Imp. mirificè propugnaculis ingentibus munita: cujus & jussu urbs tota, fossis circiter 80. pedes depressis, murisque egregiè restauratis firmata fuit: deinde à Philippo ejus filio, urbi (ampliato ejus pomœrio,) juncta; *Munimenta urbis S. Helmo.*

Ovi Castellum in ipso mari situm est supra excelsam rupem, ovalis figuræ, rupem hanc veteres Meagrum scopulum dixêre: Respicit ex adverso *Pizza falconem*, arduum montem, à quo abscissus videtur scopulus ipse. certè angustum jugum est quod Arcem continenti nectit: hæc cum longe in mare se extendat, *maris sinum* egregiè tutatur. *Cast. Ovi.* *M. Pizza falconis.*

Litori Castellum *Novum* præsidio est, forma quadrangulari è lapide Tiburtino ædificatum: munitumque quaternis, miræ vastitatis propugnaculis, ag- *C. Nuovo*

geri-

geribusque montium instar, circumjectis: validis insuper muris & ampla dupliceque fossa, in quas vicino mari undæ influunt: turribus denique quinis, tormentis æneis 21. armorumque copia incredibili, ita ut inter firmissimas Italiæ Arces habeatur: in media ejus Area refulget instar Palatii Prætorium ingens, refertum regia splendidaque supellectile, in quo Rex quispiam vel etiam Imperator cum aulico comitatu suo hospitari commodè posset.

Turris S Vincentii. Contra hanc Arcem in litore stat *S. Vincentii* Turris, quam Galli urbe exacti &omnibus viribus oppugnati sex menses tamen tenuerunt: in hac servantur jocalia Imperatoris: nimirum Sceptrum aureum: ensis gemmis pretiosis ornatus: Corona gemmis ingentibus rutilans: Pomum Cæs. vetustum: Cappa Imp. Crux aurea: Poculum majus & minus gemmis & unionibus pretiosissima: Cæsaris effigies: & alia.

Navalia Palatium. Prorogis. Juxta Turrem *Navalia* sunt summo litori imposita: & Parvo distantes Prorogis ædes, inter Italiæ pulcherrimas, nulli cedentes. juxta superiorem Aulam Sacellum est marmoribus eximiè ornatum, eò Prorex festis diebus rei divinæ gratia Procerum agmine stipatus procedit:

cedit: præsto sunt promiscuè viri, fœminæque quamlibet tenuis fortunæ, & supplices libellos pertranseunti Aulam porrigunt; ipse omnes accipit & post exactam rem divinam perlegit reddirque responsum quàm potest celerrimè & æquissimè: Ceterùm ædium Proregis conclavia fulgent pretiosis peristromatis: in Cœnaculo Mensa spectatur sat grandis argento solida: in *Galleria* Horologium rotularum motu variam harmoniam edens, mensas marmoreas eximia arte tessellatas: statuas è pretiosis lapidibus fabrefactas, numismata & arma omnis generis, aliaque quam plurima. *Galleria Palatina.*

Hortus pone ædes versus mare situs, quàm cultus sit atque amœnus nihil attinet dicere: ad *Portum* pergo, quem magnis impendiis latissimo aggere quingentos circiter passus producto ab litore per vada maris, & ingentium saxorum compage solidato clausit Alphonsus I. *Molum* vocant. miraberis in capite ejus *Fontem* salientis aquæ, defossis sub terrâ fistulis, eò ex urbe deductæ: in marmoreo ejus cratere Neapolitanorum prisca Numina, Sirenas, solem & Seberhum efformata cernis: *Sebethus* amnis est urbi propinquus (quem vulgo *Fiume del* *Hortus Palatinus.* *Portus Neapolis.* *Fons in Portu.* *Sebethus fl.*

Mad-

Maddalena vocant) ex *Vesevo* monte (hodie *Sommanus* audit) profluens, cujus circum radices æterna incendia non possunt non expellere frequentes dulcium aquarum scaturigines affatim purgatas & percolatas: ex his aquis Sebethi singulis ferè ædificiis in urbe sui sunt fontes aquæ salientis & saluberrimæ.

Il Molo picciolo Ceterùm juxta hunc Molum est alius, *Minor Molus* sinum maris alium quoque minorem tegens, Portulumque in Portu efficiens interiorem.

Platea urbis. Hæc de extremis urbis partibus: intus plateas habet latas & longas quam plures; plurimas tamen angustas, olim silicibus, nunc lapide coctili stratas. Fo-

Fora. ra item ampla & multa quorum famosissimum *del ulmo*, in quo hyeme & æstate omnis generis fructus veneunt.

Fabri atque artifices qui vel strepitu vel sordibus molesti sunt in extremis urbis partibus suas habent regiones: reliquam partem nobiliores atque cives habent mercatoresque; commerciis enim frequentibus inprimis serici hæc civitas opulentissima est.

Fontes publici *Fontes publici* ex quibus aqua limpidissima nunc lanceæ altitudine, nunc duorum capitum amplitudine, nunc per centum fistulas prosilit, sunt innumeri.

Non

Non deſunt quoque antiquorum ædificiorum priſcæ relliquiæ plurimæ; epitaphia: ſtatuæ; cippi: columnæ: Aræ: marmora ſculptilibus pretioſa: & quadrati cujuſdam Templi vaſta, ſed peſſimè ab injuriis temporis affecta rudera: Caſtrorum fuiſſe Græca indicat inſcriptio: Propylæi 6. columnæ reliquæ ſunt, cum Corinthiis capitulis & ſtatuæ nonnullæ: una Apollinis ad Tripodem ſtantis: altera Sebethi fl. olim ab Neapolitanis inter Topicos Deos culti, juxta aliæ binæ, quarum quæ ad dextram locata eſt tumulo incubat dextro cubito, altera manu Cornucopiæ gerit: quæ illi oppoſita in ſiniſtro angulo conſiſtit, cannam tenet & verſo dolio aquam ſtudiosè profundit. Hæ notæ Terræ & Aquæ ſunt, videnturque ſignificare urbem pariter terra marique felicem eſſe & opulentam.

Antiquitates in urbe.

T. Caſtorum nunc S. Pauli.

Cetera non exſequor properans ad hæc Nova in quibus cum inſigni opum oſtentatione videre eſt Neapolitanorum pietatem & ſtudia erga res ſacras, Templa dico: Monaſteria & Xenodochia maximis ſumtibus ornatiſſimè exſtructa quàm plurima.

templa Mon. & xen. urbis.

Et quidem Pontificialis Archiepiſcopi ædes, & magnificentia ſtructuræ: &

Il Veſcovado

ſacris-

sacris opibus Regumque ac Principum pretiosissimis donis spectatissima est.

T. PP. Soc. Iesu. Templum & Collegium *PP. Soc. Iesu* ex Palatio Principis Salernitani natum: augustissimum est & pulcherrimum, æmulumque Basilicæ Vaticanæ, eadem enim structuræ forma, licet moles neutiquam par sit. Sacella verò adeò ornata & picturis marmoribusque splendida sunt, ut non indigna censeas quæ in Vaticano spectentur.

T. S. Mariæ annunciatæ, & Xenodochium amplissimum. Templum *D. Mariæ Annunciatæ* & religione celebre & ornato supellectile nitidum; in eo bina corpuscula incorrupta spectantur infantium jussu Herodis interemtorum: Contiguum illi est *Xenodochium* magnitudine & structura ampli instar opidi: in quo velut Theatro spectatur humanarum calamitatum non simulata Tragœdia: hîc languidos, ægram animam trahentes, senes: illic gementes & morbis morborumque remediis afflictos ægros vides: vagientes alibi infantes audis; neque pauci hi sunt, sed 800. & plures utriusque sexus orphani & exposititii: ægrorum verò & pauperum senumque 2000. & supra: perirent miseri, nisi hic locus eos servaret: tractantur autem benignè & mundè, curanturque sedulò:

pueri

pueri in nutricum tanquam matrum (quas plerique ignotas habent) complexibus lactantur: indè cum per ætatem discere possunt, alii literarum studiis, alii opificiis, ut ad quæque genius inclinat, imbuuntur: puellæ aptæ matrimoniis cum fuerint, justa dote donantur: omniaque hæc tanto cum sumtu fiunt, ut observarint aliqui auctores 150000. aureorum quotannis insumi.

Hinc ad propinquam *D. Petri Aram* perge, super qua D. Petrus ipse, urbem hanc Christiana disciplina imbuens, Missæ Sacrificium celebravit, ut testatur exstans in pariete inscriptio: atque aræ hujus ornamento, appositum Templum fuit superbum 26. columnis innixum. *Ara & T. D. Petri.*

Prope Portam fori Carmelitarum magnificum & pulcherrimè pictis, auratisque laquearibus fulgens Templum est, religione & miraculis celeberrimum: nullum enim humanarum calamitatum & malorum genus est, cujus hîc curati exempla non habeantur, curati inquam, Deiparæ (cujus in hoc Templo imago) virtute. *S Maria del carmine.*

Insigne *S Dominici* Templum quoque est, & illustre 23. Regiis sepulturis: inter- *T. S. Dominici.*

interque has Alphonsi I. & Fernandi I. ejus filii, quorum verissimæ effigies è marmore exsculptæ in PP. *Olivetanorum* Templo spectantur; ubi & plura magnifica, & picturis pretiosis marmoreisque columnis splendida sacella: Patres hujus Cœnobii nobiles sunt, interque hos Germani aliquot: in Hortis cœnobii elegantibus vites sunt, quinquies annuatim uvas producentes maturas: item Palma pulcherrima: ipsum Monasterium inter opulentissima 4. Italiæ numeratur.

T. M. te Oliveto.

Ab hoc non procul dissidet *D. Claræ* Templum augustum & vetustum, operis admirandi, ab Agnete Regina, Hispana *Roberti* Regis conjuge fundatum, quæ & post mariti Regis obitum in Cœnobio hîc vixit, ornavêre insigniter monumentis suis Duce; Dyrrachini. Ipsius Roberti Regis Tumulus in *D. Ioannis Carbonarii* fano situs, spectantium oculos pulcherrima sua specie perstringit: in quo Templo & alia monumenta pretiosa conspiciuntur.

T. S. Chiara

T. S. Gioan de Carbonara

S. Mariæ Novæ ædes auratis laquearibus, & venustis nitet picturis: ad summum ejus altare marmorei tumuli extant nobilis. Afflictorum familiæ.

T. S. Maria Nova.

Aliud est Templum *Virgini Majori* sacrum, in quo gentilitium Joan. *Ioviani Pon-*

T. S. Maria

Pontani ſacellum inque eo epitaphia familiæ ſuæ illuſtria: item hæ inſignes aliquot gnomæ, tabulis marmoreis inciſæ: *Majoris.*

In magnis opibus ut difficile, ſic pulchrum ſeipſum continere.

Serò pœnitet qui in re dubia nimis citò decernit.

Nec Temeritas ſemper felix, nec Prudentia ubique tuta eſt.

Fruſtra leges prætereunt, quem non abſolverit conſcientia.

In utraque Fortuna Fortunæ ipſius memor eſto.

Integritate fides alitur, fide verò Amicitia.

Hominem eſſe ſe haut meminit, qui nunquam injuriarum oblivîſcitur.

In omni vitæ genere primum eſt, Seipſum Noſcere: &c.

In Templo *D. Virginis Montis* ſpectatur monumentum Math. de Afflictis, magni nominis & eruditionis Juriſconſulti: item Sanſeverinæ gentis nobiliſſ. epitaphia. *S. Laurentii* ædes multa vetera & inſignia monumenta Regia oſtentat. *S. Iacobi* Hiſpanorum Templum (cum Xenodochio ejus) magnificè exſtructum eſt, ſervarque Ferdinandi Ducis Albani filii, & hîc Proregis, ſumtuoſum ſepulchrum, in hac ſingulis diebus Veneris artifi-

T. D. Virginis Montis

T. S. Laurentii.

T. S. Iacobi in Gallicia.

artificiosa maxime grata symphonia vocalis & instrumentalis auditur:

T. S. Martini. Templum Cœnobiumque *D. Martini* ad radices altissimæ S. Hermi Arcis sita longè ac latè conspicua sunt, præbentque vicissim liberrimum & jucundissimum in subjectam urbem, agros, litora, maria atque insulas prospectum utraque nitidè & eleganter exstructa sunt; Rarissimi *ornatus* sacrarium est, in quo supellex sacra conservatur, non pretio materiæ magis, quàm arte operis excellens: inter alia Crux est argentea ingens, figuris variegata, à Faventino aurifice, 14. annorum spatio, summo artificio elaborata: Ceimeliarchion ipsum penitus exornatum, summa pulcherrimis picturis illustrata, ima nigro candidoque marmore constrata sunt; latera ligneis tabellis, biblicas Historias, discoloribus tessellis expressas, referentibus vestita; Germanicum opus est, dignum pervulgatâ nostrorum artificum peritiâ: licet ex pretio operis conjecturam facere, historiarum unaquæque quinquagenis aureis emta fuit.

Templorum & mon. in urbe numerus. Hactenus de ædibus sacris, nec verò omnibus, cum 180. in urbe Templa sint: Parochiæ 40. & præterea 64. Virorum Virginumque Cœnobia.

Nunc

Nunc profanas aliquot illustres dos enarrabo : Curiam primò quam *Vicariam* vocant, amplitudine formaque ut Arx vel Castellum videatur, & vere olim Castellum fuit, *Capuanum* cognominatum, quia ad Portam Capuanam positum est, fuitque munitum : nunc Conciliis habendis & Regni Civitatisque negociis attributum est : *imi* sunt *Carceres* sæpe multis millibus reorum insessi : *Superiora* conclavia spatiosa & multa, nunquam non jus petentium ac reddentium strepitu resonantia. Tribunalia enim justitiæ & Consilii tam urbis quàm totius *Regni Regiminis*, hîc varia sunt. *Palazzo della Vicaria.*

Post viceregem enim *septem* sunt officia Principalia in hoc Regno, scilicet: Magnus militiæ Magister, quem *Comestabilem* vocant, qui belli tantùm tempore eligitur ab Rege & omni militiæ vice Regis imperat. stipendium ejus annuum 2190. duc. *Regimen Regni & urbis. Magnus Comestabilis.*

Præfectus Maris qui solus hodie jus dicit, & Vicarium sibi eligit, licet hodie triremibus nequaquam præsit : percipit verò, præter ordinarium reliquorum officialium stipendium in singulos menses 100. duc. item ex singulis navibus unum Carlinum aliaque emolumenta. *Præfectus maris.*

Magnus Juſtitiarius, qui ſummam de omnibus controverſiis: tam civilibus quàm criminalibus, habet judicandi poteſtatem, unà cum Vicario ſuo & aliis judicibus: ſtipendium ejus annuum 2190. duc. præter emolumentum 2000. duc. quos percipit è licentia gladii portandi.

M Camerarius. *Magnus Camerarius* qui Cameræ Regalis & omnium rerum ad Regem pertinentium curam gerit: illius vicarius Tribunali præeſt in quo haud aliæ controverſiæ ventilantur, quàm quæ inter privatos & Fiſci Advocatum intercedunt: præter ſtipendium 2190. duc. percipit varia emolumenta ut minimum 200. ducatorum.

M. Protonotarius. *Magnus Proto-Notarius*, cujus muneris ſplendori multum deceſſit, per munus Secretarii: Haber adhuc poteſtatem Notarios creandi: arbitros conſtituendi & Spurios legitimandi: ſtipendium illius 2190. duc. præter emolumenta quæ ad 1500. duc. dicuntur aſcendere.

M. Cancellarius. *Magnus Cancellarius*, qui & Secretarii munia obit, & Regium Sigillum cuſtodit: idem & gradus in utroque jure & Medicina confert: ſtipendum ejus quoque 2190. duc. & emolumenta pœne paria.

M. Seneſcallus. *Magnus Seneſcallus*, qui neceſſaria omnia

nia Regali Curiæ indies ſubminiſtrat: ſtipendum ejus 2190. duc.

Hinc & Sex in hac urbe ſunt Conſilia ſive Tribunalia totum Regnum concernentia: primum.

Vice Regis vocatur ſive Collaterale cujus caput eſt vice Rex: Aſſeſſores aliquot Comites: hi graviſſima tractant totius Regni negocia, & alia quæ eò evocantur. *Concilium Viceregis.*

Secundum *Sacrum* dicitur, & *S. Claræ*, ab loco quo convenit: hujus Præſes & conſiliarii cognitionem habent cauſarum quæ ab Vicaria per provocationem eò devolvuntur. *Sacrũ.*

Tertium *Vicariæ* eſt in quo ab Regente Neapolitano, (qui Vicarius eſt Magni Juſticiarii) & IV. Juris Doctoribus (qui ſingulis annis renovantur) jus dicitur & adminiſtratur juſtitia omnibus Regni ſubditis per appellationem ab inferioribus judicibus huc contendentibus. *Vicariæ.*

Quartum *Summariæ* dicitur, eſtque Rationcinarium, in quo ea quæ ad fiſcum & Regni vectigalia pertinent curantur: conſtat & Vicario Camerarii Magn. & 6. præſidibus, 8. Ratiocinariis, 10. Clericis, & aliis. *Summariæ.*

Quintum *Admiralitatis* nominatur, eſtque toti maris Præfecturæ Domicilium: *Admiralitatis.*

lium: jurisdictionem exercet in Nauras, & quæcunque eò spectant, tam civilem quàm criminalem.

Monetarum. *Monetarum* vocatur Sextum; in quo & civiliter & criminaliter cognoscitur tam de aliis quàm regni totius, monetis, ponderibus, mensuris idque genus aliis: caput illi Præfectus rei Monetariæ cui adsunt Magistri ratiocinarii, Examinator valoris monetæ, Pensionator & alii.

Publicum urbis consilium VI. virorum Hæc de Publicis Totius Regni Consiliis: præter quæ *Publicum Civitatis Consilium* est, constans ex *sex-viris*: quorum quinque ex nobilitate: singuli ex singulis Curiis, in quas omnis distributa est nobilitas, leguntur: unus ex plebe. Iis simul jus est de rebus publicis consulere: ac si qua majoris momenti deliberatio incidat, singuli ex nobilitate ad singulas Curias: plebejus ad plebem referre solet: Est enim Ciuitas divisa in quinque *Seggi* ut vocant: Perrarcha appellat *Vicos*: qui totidem habent Curias theatrali forma, sub quibus omnes familiæ nobiles comprehenduntur: Horum Primus *Capuanus* à Porta quæ Capuam ducit appellatur, constatque hodie familiis quadraginta duabus

Seggi V.

Secun-

Secundus dicitur di Montagna *constat-que familiis* — — 22
Tertius del Nido *constans familiis* 57
Tertius di Porto *constans familiis* 20
Quintus di Porta Nova *constans familiis* — — — 17

Præter hoc Concilium sunt & in urbe *Tribunalia S. Pauli*, in quo levia debita tantùm expediuntur. *la Zeccha*, ubi ea quæ ad mercaturam spectant decidun tur. *Sacrosanctum* ubi jurgia & contro-versiæ judicantur. *Alia tria Tribunalia urbi peculiaria.*

Nec silenda hîc *Academia* urbis ab Frederico II. Imp hîc institura ad quam studiosorum ex toto Regno magnus fit concursus. *Academia.*

Sunt & Regis hîc Equilia sumtuo-sissima in quibus equi generosi 100. stabulantur, domantur, docenturque: Regique quotannis 12. dono mittuntur. *Equilia Regia.*

Palatia Ducum, Comitum aliorumque *Procerum* plurima spectantur; inter quæ *Ducis Gravinæ* superbum est: *Caraffæ* ob copiam veterum è marmore statuarum & colosseum ex ære caput magnificum. *Vrsinorum* prope montem Oliveti spectandum: & nonnulla alia. *Palatia Procerum.*

His omnibus perpensis æstimabit quis-

que quanta in hac urbe nobilitas ſit, quantus *luxus* & *ſplendor*, ubi tot Lumina lucent, viri inquam illuſtres & opulenti ſuopte ingenio faciles in lauritiam quam ut aſſolet, acuit & accendit mutua conviventium æmulatio: ſtupet profectò noſtrarum regionum frugalitati aſſuetus hoſpes, & ſimul damnat, ſimul ſuſpicit cum voluptatis aliquo ſenſu immenſos ſumtus, qui in victum veſtitumque vulgo fiunt.

Luxus urbis.

Ager ſuburbanus.

Nec minor luxus in *ſuburbanis* Hortis & ædificiis, villisque, quæ quidem in agro circumquaque fertili, & cryſtallinis rivulis amœno, præſertim litoreo reperiuntur, ut amœniſſima ſitu, ſic ædificiis ſplendidis, ſumtuoſaque cultura per Principes viros exornata: Quis narret ſingulatim fontium ædiculas, antra Nympharum atque Piſcinas coralliis & unionum oſtreis, omnique conchyliorum varietate renitentes; Quis laudet dignè Porticus, Ambulacra, ſcenas frondibus concameratas, florum fructuumque multiplici colore diſtinctas: parietes malorum Punicorum taperis veſtitos: periſtylia & exedras picturis, ſignis, ſtatuis, & marmorum antiquitatumque reliquiis pretioſis decoratas; quibus Horti Magnatum variis in locis reſplendent?

Ex

Ex his ostenduntur pulcherrimi arque celebriores *Horti* Garciæ *Toletani*, spatio cultuque ampli & conspicui, sumtibus superbi: *Marchionis* item *Vicensis*, aliorumque: uti in litore maris Vesevum versus Bernardini Martizani Villa, variis antiquitatum decorata relliquiis: item secessus Regalis amplissimum & verè Regium Palatium, porticibus, cænaculis, cubiculis ornatissimis, splendidum: Hortisque & fontibus latentibus & incautos conspergentibus ceterisque innumeris, amœnum & omnino spectandum. *Horti Toletani, &c.* *Poggio real.*

Hæc de nobilissima & cultissima urbe Neapoli: pergo jam ad cæteras Campaniæ felicis urbes & loca præcipua: & primò Romanam versus Campaniam, tractum peto *Puteolanum*, Naturæ ibi & artis miracula contemplaturus quàm plurima; ab Lyri etenim fluvio usque ad Minervæ Promontorium sive agrum Surrentinum per spatium 70 & amplius 1000. adeò densè olim hic Tractus habitatus & sumtuosè excultus fuit, ut una continuaque Civitas videretur; quorum rudera & relliquiæ supersunt innumeræ. *tractus Puteolanus.*

Primum non procul ab urbe occurrit Mons *Pausilypus*, olim Falernus, à Iulio Cæsare Pausilypus dictus, fortè, quod *M. pausilypus*

pulchritudine ſua curas ſopiat; conſitus namque omnis generis vitibus & arboribus fructiferis, vina optima & poma malaque citrea profert, magnitudine & fragrantiâ gratiſſima.

Crypta Neapol. Per hunc Montem *Crypta* lata ſatis & alta viam 1000. paſſ. facit: ejus primus auctor dicitur Coccejus Nerva; eumque, laboribus 100000. hominum, intra 15. dies hoc opus perfeciſſe: poſt Aſphonſus I. ac deinde Carolus V. Imp. latiorem ac commodiorem fecêre.

Virgilii ſepulchrum. Prope fauces perfoſſæ Cryptæ locum monſtrant accolæ (in vicinis S. Severini Hortis,) ſepulturæ *M. Virgilii* Poëtæ: cui proximè aſſurgit ingens, quâ coronari dignus eſt, Laurus:

Nec procul inde mare verſus Sannazarii Poëtæ Villa ſpectatur, cujus ædificium, ex teſtamento in Cœnobium *T. D. Mariæ* abiit, Templumque *D. Virgini* dicatum in quo elegans marmoreum Sannazarii ſepulchrum ſimulacris, ex candido marmore, Orphei, Apollinis & Sibyllæ, eximia arte elaboratis ornatum; cum hoc verſu:

Da ſacro cineri flores, hic ille Maroni
Syncerus Muſâ proximus, ut tumulo.

Villa

Villa hinc versus mare *Mergillina* vocatur, amœnissimo culta loco; Nec toto circumcirca sinu pulchrior navium statio est: eòque sub vesperum Cives Neapolitani certatim navigiis proveluntur, eo, velut classe aliqua longè lateque obtinentes æquor, instruunt epulas, convivantur & confabulantur umbrosique æquoris placida aura læti perfruuntur; imminet enim arduus Mons qui solem & flatus arcet noxios, & nunquam non viridans oculos silvestri sua specie mirificè recreat. *Mergillina Syncerii Sannazarii villa.*

Paulò ulterius juxta *Promontorium Pausilypi*, insula *Nesis* spectatur prope continentem sita, in summo vertice speculam gestans, arcis in modum munitam. Hujus crebra mentio fit apud antiquos, præsertim Ciceronem, qui hîc cum Bruto (cujus hîc Villa fuit) sæpe egit: Plinius verò, de asparago scribens, ait: *Quod in Nesside Campaniæ insulæ, sponte nascitur, longè optimum existimatur.* *Promontorium Pausilypi. Nesis insula.*

Ceterum Cryptam exeuntibus paulatim sulphureus odor ex terræ cavernis promanans occurrit: omnium primò inter dextros montes conspicitur demersa *vallis Astruna*, amphitheatri in modum excelsis jugis circumfusa: solum hîc aridum passim sulphur spirans & *Astrone vallis.*

tepens calidæ aquæ fontibus: herbæ, virgulta aut arbusta nulla sunt: nisi quod prope abest Nemus Vivarium, quondam & venationibus Regum reservatus unicè locus, in quo & ipsi & populus, quoties volupe esset, se oblectarent: Narrant aliquando in hac Theatrali valle spectatorum amplius 30000. fuisse, & spectasse commodè venationem tanquam in Theatro, ac secundum venationem, exceptam multitudinem convivio, fontesque vino fluxisse. *Hæc Meta sudans placere queat, apage Romanam.*

& sylva.

Pone sylvam & Vallem Astrunam est *Mons Aluminis*, à copia rei cognominatus: atque inde à sinistris *Agnanum stagnum*, collibus circumcinctum: quondam Lucilli nobilis & sumtuosa piscina, hodie putris ac cænosa palus.

M. Aluminis

Lacus Agnanus.

Adjacet *Antrum Canum* angustum, ex quo spiritus exhalat valdè impetuosus & fervidus sine fumo, ita ut eum sentias, non videas: pestifer & mortifer est hic spiritus, suffocans homines & bruta aliquamdiu in intimum scrobem immissos. Canes tamen inde extracti & in stagnum vicinum immissi, protinus viram recipiunt.

Antrũ Canum

Inde legendo oram Agnanæ paludis cellas aliquot concameratas reperies,

Sudatorium

in-

ingreſſus ſenties graveolentem & calidiſſimum ſolo exhalantem vaporem, præſentiſſimum adverſus plures morbos remedium, nam per ſudores podagræ & ſpaſmati & ileo medetur: ulcera inteſtina ſanat: corpora noxiis oneribus levat, invalidis robur & vigorem reſtituit: & quod magis mirêre, quælibet aqua hôc vapore calefacta, eadem vi pollet: Hiſce thermis cum *S. Germanus* Epiſcopus Capuanus corpus curaret, *Paſcaſium* Diaconum *Purgatorii* hîc pænas luentem vidit.

Ab Agnano lacu montes occidentales ſcandendi, & mox cana, & ab æterno incendio ſemper fumantia juga montium aſpicies: ſub quibus humatos *Gigantes* vorare ac revomere Stygias flammas Poëtæ finxerunt: & brevi circuitu jam in Puteolorum conſpectu, pervenies ad fauces, quibus ſolis in latentem intra illos montes planitiem deſcendi poteſt. Circumcirca rectæ ſtant rupes, quas, quia tanquam cinere aſperſæ albent, *Leucogæas* dixêre: Aream ipſam ovatæ figuræ amplius 1000. pedes in latitudinem, in longitudinem 1250. patentem veterum quidam *Campum Phlegræum*: alii *Forum Vulcani* nominârunt, vulgus *Solfataram* nominat, ab incredibi

Gigantum ſepulchra

Leucogæi colles.

Forum Vulcani Solfatara.

sulfuris copia, quod ex innumeris ibi scrobibus subterranei ignis vehementia extrudit: *Cernere est* ut solum omne sulphureâ arenâ flaveat, ut aurati scrobium margines vivo sulphure rutilent, ut nigro exhalante fumo cælum obducatur: *audire est* ut scrobium aliæ velut ingentis flammæ crepitu strepant, aliæ ferveant ebulliente aqua; ut pede pulsata humus reboet: Crederes supra Tartareæ domus tectum te consistere, quo rupto mox omnis infera turba deregenda sit: credi-

Purgatorium turque hîc *Purgatorii* locus.

Quare excedo foro tuo Vulcane, & Puteolos pergo: ubi mox dextrorsum à via *Amphitheatrum* se offert sat integrum ovaræ figuræ, constructum ex saxis quadratis, dicatumque Vulcani numini, quod hîc potentissimum: circumcirca subterraneæ complures cellæ visuntur, adeò confusis inter se ostiis, ut Labyrinthi specum referant: aliqui putant aquam inibi receptam fuisse in spectatorum usum: Caveam Amphitheatri longa est pedes 172. lata 78.

Amphitheatrum Vulcani.

S. D. Januarii. Hic loci *D. Januarius* Puteolanorum Episcopus cum sociis bestiis expositus, nec læsus fuit: sed quod feræ non audebant, impii homines perpetrârunt, & sanctissimum Præsulem, capite, à cervice,

vice, resciſſo necârunt, ibique Templum honori ejus Chriſtiani poſteà erexerunt & dedicârunt.

Ponè Amphitheatrum loco quem *Piſaturum* nominant, *Dianæ* ædis ruinæ apparent, vel ut alii volunt, *Hadriani* Imp. uti cujus ibi elogia reperta. *T. Dianæ. Hadriani.*

Ulterius prope *D. Franciſci* Templum, ſpectantur ruinæ ædis *Neptuni*, Tutelaris Puteolanorum Dei: Porticum Neptuni Cicero hîc fuiſſe indicat quidem, de Templo verò non exprimit. *T. S. Francisci. Neptuni.*

Hinc Montem *Barbarum* longè & ulterius nomine réque Novum ſpectare poteris: ille olim *Gaurus* & optimi vini ferax, jam ſterilis, meritò *Barbarus* audit. *M. Barbarus.*

Hic, poſt horrendum terræ motum, ex horrendo cum crepitu, ruptura terræ ſubitò productus fuit & excrevit ad 100. pedum altitudinem, pumicum, cinerumque, è profunda voragine ejectorum, acervoque mole obſtructus quidem terræ hiatus fuit, in medio tamen cacuminis profunda area relicta exigui ſpatii, limpidâ ac ſulphureâ manans aquâ. præterea cinerum pumicumque ac ſaxorum glomerata grandine gemini *Lacus, Lucrinus* & *Avernus*, referti fuêre, nunc *M. Novus ſeu Cinereus. Lacus Lucrinus.*

& quidem *Lucrinus*, qui propter amplitudinem & profunditatem ab Marco Agrippa mari conjunctus fuit, & in Portum classis totius capacem (qui *Julius* dictus fuit) efformatus, omnino sublatus fuit, ita ut ejus nihil reliquum sit, præter exiguam humilemque paludem: *Avernus* verò pæne oppletus fuit, & ab immensa profunditate sua multum decrevit.

Portus Julius.

Sed & terræ motu hoc & hiatu terræ mare ipsum dimotum loco suo fuit, & circiter 200. passus retractum aperuit primum Terras, quas omnibus antè sæculis superfusum texerat. Ejus spatii maximam partem Petrus Toletanus Neapolis Prorex occupavit, excoluitque egregium in modum de manubiis Africanis Garciæ filii, & peregrinis arboribus consevit, quarum aspectu nihil jucundius:

Horti Toletani.

Imminent ei rudera quædam, quam Ciceronis illam, porticu & nemore celebratam, *Academiam* fuisse plurimi censent: mortuoque Cicerone erupisse fontes aquæ non nihil calentis, oculis salubertimæ:

Academia Ciceronis.

Puteolarum. Fontes Trati oculis salubres.

Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope;

At

At quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Fontes *Prati* hodie dicuntur, à campestri situ ophthalmiis, viscerumque cruciatibus medentes.

His indicatis, ab Templo S. Francisci, *Puteolos* proximos peto, juxra litus ad sinum maris, rupi undique præcipiti imposita civitas, hodie Episcopalis quæ licet non inelegans aut exigua sit, nulla tamen ex parte respondet, opulentiâ vel amplitudine; veteri Coloniæ: quemadmodum ex viis silice stratis, & publicorum ædificiorum fundamentis colligimus. Exstat in media urbe Templum Cathedrale *D. Proculo* nunc sacrum; quod olim pulcherrimum *Augusto* Cæsari, dedicârat L. Calpurnius, uti Porticus in frontispicio tituli fragmentum testatur: Non tempus edax rerum, non hostiles injuriæ tot sæculorum spacio soliditatem ejus ædificii convellere potuerunt. nam ex quadris marmorum trabibus ita compactum est, ut uno ex saxo videatur, & vix juncturas ostendat: nisi quod terræ motuum impetu crebro non nihil conquassatum sit, ut tympani dexter deciderit angulus cum tituli parte, & sciffuræ quædam videantur.

Pozzuolo.

T. S. Proculi Olim augusti

Quanta

Portus & Pilæ in mari

Quanta olim *Portus* Puteolani fuerit commoditas: refert Strabo lib. 5. ejus nulla hodie superſunt veſtigia, niſi quod in mari 13. pilæ vaſtiſſimæ turrium inſtar ex latere ſtructæ, & in quibuſdam arcus ſemiruti cernantur: & ex adverſo pilæ aliæ, Bajas verſus, his reſpondeant; Pontem hic ab Caligula Imp. ſtrui cœptum narrat Sueronius, ejusque putant eſſe rudera: ſed verius alii Portus munimenta eſſe, judicant:

Sinus Puteolani olim præſtantia

Florente Romano Imperio fuit hic maritimus tractus circum Cumas, Miſenum & *Puteolos*, propter cœli temperiem, ſitus amœnitatem, aquarum ſalubrium copiam, agrorum ſummam fertilitatem, & claſſium ſtationes, nobiliſſimus: ideòque frequentibus & pænè contiguis Optimatum prædiis, Principumque virorum ſumtuoſiſſimis villis ubique locorum excultus renitebat: nec ulla pars Italiæ Provinciarumve imperii Romani viſa fuit accommodatior ad earum ſpolia dilapidanda, vel ad opes orbis terrarum effundendas, quam hic Campanus ager: Ac quamvis impræſentiarum ibidem omnia ſint ruinis oppleta: infinita tamen ſunt, quæ diligentem conſiderationem flagitant ab iis qui ex antiquarum artium & hiſtoriarum

riarum indagatione fructus aliquid consequi volunt.

Ecce primo in litore non procul ab Bajis, Thermas, quas *Tritulas* vocant, omnium præstantissimas tum virium magnitudine, tum vehementia caloris, qui é solo exhalat adeò impetuosus, ut prope spiritum intercludat. Rupes est fornicato opere suspensa, in cujus imo scrobs ferventibus & fumantibus aquis, quæ ex vicino fonte manant, plena; in fastigio rupis, multis gradibus adeunda, Crypta est suaviter fragrans: hanc qui recti iniverint, multo confestim sudore manant; qui proni, subito frigore perfunduntur: progressis paulum occurrit depresso loco fons purissimæ calidæque adeò aquæ, ut tangi vix queat: juxta ostium Cryptæ fovea ampla & profunda conspicitur, ideoque cautè lumina servanda sine quibus nulli est intrare potestas: Nec procul distat altera Crypta intolerabili æstu fervens, facesque aut exstinguens aut liquefaciens, hominesque, vertigine correptos, in terram prosternens, ideoque non temere ineunda: Prior vapore minus impetuoso calens, capiti ac stomacho valdè conducit, atque

Tritula Therma.

atque adversus hydropisin, podagram, rheumata, & phlegmata efficax est: auctor harum thermarum ignoratur; sed elegans opus aliquando fuisse, id quod supereſt testatur:

Catalogus aquarũ medicarum in regione Puteolana.

Hac autem occasione nomina viresque balneorum & aquarum præcipuarum edam, quæ cis transque Puteolanum sinum reperiuntur, à *Pausilypo* incipiens propter radices ejus quas ad mare jacit: Primò offert se Cryptæ seu *Tryptæ*: mox *Iuncariæ* balneum ab juncorum ibi enascentium copia cognominatum. Tum *sub Olibano* monte *Lavacrum plagæ*, quo ferè solo Neapolitani utuntur: Caput enim & stomachum ac membra corroborat, oculorum aciem caligine offuscatam exacuit & febrium nutrimenta consumit. *Olibanus*, qui imminet, siliceus est, unde Caligulam, qui Italiæ vias stravit, materiem sumsisse autumant. Ad marginem litoris illius aqua manat eliciendo calculo apta, unde *Petræa* audit; & alia *Subsidium hominum*, tantæ est utilitatis: Alia verò sub Olibano, quam Episcopi Puteolani Hortus complectitur, fœtentis & mortiferi Spiritus. Sequitur *Calcatura*, rupe defluens liquor, utilis: *ut & illa* quæ circa S. Anastasii ædem, sub litoris arenâ scatu-

Lavacrum plagæ.

Olibanus Mons.

Aquæ & thermæ medicæ.

aturit aqua. Fontana aqua vulgo *Forma* poporifera eſt, & alvo molliendæ, reni- busque defæcandis apta. *Forma.*

Oculis ſummè ſalutaris illa quam *Luciæ* vocant: item Prati Ciceronis de qua ſu- pra; & SS. Nicolai, Georgii, Crucis, Mariæ ſeu Arculi: Arcus: Culinæ: Scro- phæ Ferri. & Palumbariæ aquæ à pa- lumbibus juxta nidificantibus: *& Fæni- culi* à feniculorum ibi copiâ, ac Raynerii, phlegmati viſuique, ac ſtomacho pluri- mum conferunt.

Braccula infra terram abditæ ravim pellunt, vocemque reddunt ſonoram: *Spelunca*, in ſpelunca fluentes, hydropi- cis podagricisque ſalutares ſunt:

Subſellaria infra *Sibyllæ domum* de- merſæ, juſculum elixi caponis ſapore referuntur, dulces ſunt & limpidæ, pul- moni, jecori ac ſpleni, nec non ſtoma- cho ac veſicæ levandæ apprimè utiles: febrium æſtus tuſſiumque moleſtias abigunt: & corpori affuſæ ſcabiem tur- pesque oris labeculas emaculant. *Subſel- laria.*

Silvianæ Avernum inter Bajasque ab Silvia Dea repertæ, præſens adverſus muliebres morbos remedium ſunt uti & *Gibboroſæ*: *Pugilli Fons* in Bajarum litore conſtringit ventrem, capitis ac ſplenis ægritudines, hydropilin quoque & fri- *Silvia na.* *Pugilli Fons.*

frigi-

frigidas febres curat : *Petrolii* contra morphæam lepramque efficax est.

Solis & Lunæ Balneolum, sive Licini Crassi, mari adjacet & extrahit infixa spicula magnetis virtute, quo & Sulphure, mixtam esse aquam arbitrantur. Id ipsum præstant *Fati* atque *Episcopi* aquæ eandem ob causam, tum & Podagræ tormenta leniunt : *Araxi Fontis* cerebri oculorumque doloribus medentur.

Sudatoria bulla. Sudatoria bulla horribili loco exhalans caput purgat, visum acuit, hepatis, splenis & inguinum morbos curat.

T. Dianæ. Hæc de medicis aquis : nunc ad litus

T. Veneris. Bajarum revertor ubi mox à Tritulis thermis Templa Dianæ inimicæ voluptatum : ac Veneris voluptatum Deæ se offerunt. & paulò interius Rotundum

Il Truglio. ædificium, quod *Il Truglio* vocant, olim Mercurio vel ut plures volunt, Soli sacrum.

Interius Colles sunt quos clarissimi viri; Cæsar, Pompejus, Marius aliique habitârunt: monstrantque & hodie vestigia Prætorii Pompejani & villæ Cæsarianæ atque aliorum, sed humo obrutorum ita ut dijudicari non facile possint.

Baja. Sub Cæsaris villa *Baja* stetêre urbs olim celeberrima, & ob aëris temperiem Roma-

omanorumque inde frequentiam, ædi-
iorumque ornamenta ac agrorum fer-
ilissimorum egregiam culturam, amœ-
lima & frequentissima: ita ut *Horat.*

Nullus in orbe sinus Bajis præluceret amœnis.

Martialialis de ea non sine causa ipserit:

Litus beatæ gentis aureum Bajas:
Bajas superbæ blanda dona Naturæ:
Vt mille laudem Flacce, versibus Bajas
Laudâro dignè non satis tamen Bajas.

Hodiè nec urbs nec amœnitas ulla hic t, sed mera solitudo, vepres & dumi ser-entum stabula: hominem vix videas in oto litore, nisi quod ad defensionem ortus, impositа jugo *Arx* sit, quam *Arx hodiè.* auci milites præsidio tenent, vere ta-ben haut parva multitudo huc confluit d fontes & balnea quæ retuli, sanitatis, on voluptatis causâ:

Vestigia supersunt operum ingen-ium: & fundamenta pelago demersa um plateis silicaris quæ sub virreis un-is utcunque integrè latent: undè quan-um continentis mare occupârit, conje-cturam sumere licet.

Bajis Misenum versus Promontorium on procul à litore occurrit Piscina *Piscina mirabilis.* uam ab opere mirabilem verè dicunt.

Castel-

Caſtellum aquæ eſt, inter quatuor extremos parietes longum 500 latum 210 pedes; ejus ſuprema concameratio, modicum à parietibus ſubvexa innititur quadratis pilis 48. quæ quatuor ordinibus, numero duodenario partitæ, ſymmetriam quintuplicis Porticus elegantem, per Caſtelli longitudinem, efficiunt: in teſtudine foramina ſunt multa per quæ aqua hauriebatur: ingreſſus in hoc fuit ex utroque latere gradibus latis pideis 40. quorum alter jam obſtructus. Tantæ molis fabricam, quis primus ædificaverit, incertum eſt: plures putant *Lucullum* auctorem eſſe, propter vicinas ejuſdem, ad Miſeni Promontorium villæ ruinas, quam ipſum ibi habuiſſe magnificentiſſimam, conſtat ex M. Varrone de re ruſtica & aliis.

Villa Luculli

Camerellæ.

Non procul ab hac Piſcina abſunt *Centum cellæ*, infra terram depreſſæ opletæque ruinis maximam partem, ex reliquiis tamen quæ ſuperſunt, opus quoque admirabile tam magnitudine quàm architectura fuiſſe apparet. Iuxta conſpicitur ſtagnum anguſtis faucibus mare accipiens, ideoque, non ventis agitatum neque marinis procellis turbatum, qui perperinis procellis turbatum quia perpetuò immorum ſtat, *Mare mor-*

Mare

tuum

tuum appellatur; vastis quondam operibus à Iulio Cæsare circummunitum, unde Iulli Portus nomen accepit, ut Lombardus autumat. Nero quoque maximis sumtibus eum refecit, ut 500. ibi Galeras locaret. Respondet ei & conjunctus est *Portus Misenus*, multo amplior maris sinus, lapideo opere olim munitus: uti in quo classis ab Augusto locabatur, ad inferi maris tutelam: sicuti ad præsidium superi Maris classis ab eodem habita Ravennæ, maximo, utraque militum nautarumque numero firmata. *Mortuum.* *Portus Misenus.*

Hinc *Promontorium Misenum* longè in mare exit ab Miseno Æneæ tubicine, juxta Avernum lacum immolato, & hîc sepulto, nomen servans; totum ferè concavum & cacumine pensile est: Nam ne deesset hîc olim dulcium aquarum copia, maximis sumtibus laboribusque fontium ac fluminum procul adducti fuêre rivi, ædificatæ cisternæ & aquarum castella spatiosa, ut per æstivos calores frigida semper esset præstò. inter quæ inprimis spectabile Castellum illud aquarum amplissimum, quod *Trachonariam Cryptam* appellant vulgo, à trachonibus, id est fistulis & meatibus subterraneis, per quos in illud aquæ pluviæ *promontorium Misenum.* *Crypta Trachonaria.*

ex

ex Promontorio defluebant. Capacitas ejus immensa est, quæ multis doliorum millibus impleri nequiret, nam in altum tum exsurgit ultra pedes 25. medium ejus spatium inter duos parietes patet in longum pedes 200. in latum 18. & utroque in latere medii transitus quatuor ostia aditum præbent in cellas amplas quaternas, quarum testudine decussatim fornicibus junctæ, parietibus intermediis impositæ sunt.

Insigne quoque in Miseno Monte opidum stetisse creditur, cujus frequentiâ restantur rudera *Theatri* juxta exstantia, & Portus sub eo insignis, ejusque ornamenta jam dicta in quibus ad usum classis aqua recepta fuit.

Theatrum

Circumcirca hunc montem plurimæ veterum Romanorum villæ, egregiè excultæ fuere, ut rudera hìc crebra testantur, sed adeò confusa, ut quo loco steterint dijudicari non possit; nisi quod *Circi Baulis* (ut volunt) satis clara vestigia supersint: vulgo *Mercatum Sabathi* vocant. Locus fortè ubi Nero Quinquatrium, Ludos Minervæ solennes, celebrare paravit; ut Agrippinam matrem morituram eò pelliceret. Certe *Agrippinæ Domus* vel potius *Sepulchrum* in propinquo est, cujus fornix reliquus est, pau-

Circus Baulis.

Agrippinæ Domus vel Sepulchrum.

paulum supra terram extans: & quàm is fuerit ornatus, Sphyngum, gryphum & similium animalium insculpta simulacra satis indicant: Habuerunt & hîc loci villas suas cultissimas C. Piso: Mamea: Domitia: Corn. Tacitus & *Hortensius* prope Baulos & mare, ubi & piscinam habuit murænarum, quarum unius mortem multos dies atratus luxit: eamque ob causam à Tullio *Piscinarius beatus* falsè appellatur. Sunt & in propinquo *Campi Elysii* ab Virgilio celebrati, amœnis collibus circumsitis Amphitheatrum formantibus. Caji Marii villa stetit in altissimi *Prochytæ* Montis jugo, cui insula in mari Prochyta prope objacet; adeò angusto freto à Miseno Promontorio diremta, ut multi cohæsisse monti olim putent: eò magis quia soli insulæ natura eadem cum continenti monte est: assurgit hæc insula montibus aliquot, habetque in fronte anteriore Arcem Novi operis, ornamentum simul & munimentum: olim, ut Ischia vicina, metallis dives, nec expers calidæ & salutaris aquæ.

Hortensii villa & piscina

Campi Elysii.

M. Prochytæ & ibi Marii villa.

insula Prochytæ.

Ischia autem insula ei vicina, (olim *Ænaria* & *Pithecusa* dicta,) multò major est; uti cujus ambitus. 17000. pass. ardua immanibus scopulis, dives thermis &

Ischiæ insulæ.

fontibus. Ager ejus vini proventu feliciſſimus, adeò ut quotannis inde exportentur vini dolia 15000. Ad ortum poſita eſt urbs ejus Epiſcopalis Gerunda, in peninſulâ ſtructa: quam Alphonſus Davalus olim inſulæ Dominus peramplo ornavit Palatio: Ferdinandus Rex Neapolitanus ab Carolo VIII. Galliæ Rege; Regno Neapolitano pulſus, in hanc inſulam ſeceſſit, donec aſpirante meliore fortunâ Regem ſuum recuperaverat.

Ceterùm prope radices Prochytæ Montis, juxta viam quæ Cumas ducit, *P. Servilii Vatiæ villa* occurrit; qui crudelitatem Tiberii Cæſaris, hic latitans, effugit, unde ei dicebatur: *O Vatia! Solus ſcis vivere.* rudera indicant amplam fuiſſe & ſplendidè conſtructam: quæ verò ejus facies fuerit, ex his Senecæ verbis melius intelligi poteſt: *Speluncas habebat duas magni operis, laxo atrio pares, manu factas: quarum altera Solem non recipiebat; altera uſque in occidentem tenebat: Rivus piſcibus alendis ſufficiens, Euripi in modum, prata dividebat, partim in mare, partim in Acheruſium lacum defluens:*

Villa Vatiæ.

Epiſt. 56.

Acheruſius lacus hodie Coluſtius.

Utraque enim propinqua hinc mare parvo diſtans: inde *Acheruſius lacus*: ferrugineis aquis ſqualens, uti olim ſed hodie

die *Colutius* vulgo audit; miſceturque per occultos meatus Averno lacui, unde & *Aſheron* à Poëtis vocatus fuit: *Averni* nomen hodieque manet, à fœtore aquarum avibus exitioſo natum: palus quidem adhuc eſt & cænoſa lentaque aqua, ſed nihil ibi grave, nihil olens, & innatant impune aves: forte quia terræmotus ille vehementiſſimus (de quo ſupra dixi) quò magna ex parte lacum cineribus & ſaxis atque arenâ complevit, ſulphuris quoque in lacum exhalantis venas aut obturavit, aut alio avertit: Adjacet Averno lacui *Antrum Sibyllæ*, quod vocant, forſan Divæ, Cuniculus, ad amuſſim longiſſimè productus, fuit; quem nunc ruinæ impervium fecêre: Coccejus ab Averno Cumas uſque perduxiſſe ſcribitur, cuniculum; quem hunc fuiſſe putant: Dubium verò eſt cui uſui fuerit illa *Camera*, quæ in intimis montis ejuſdem viſceribus exciſa vermiculato opere, & cæruleo colore picturata conſpicitur? *Sibyllæ* aſſigno, cum vulgo: non quod ibi habitaverit; ſed laviſſe ſe ibi potius arbitror; minimè enim habitationi aptus eſt locus & monſtrant auctores aliam ſedem quam ea tenuerit ſub Cumis orientem verſus; quam Juſtinus refert *ſaxeum ſpecum* eſſe, remque

V. Lucret. lib. 6.

Antrũ Sibyllæ

Domus Sibyllæ

admirandam, inque ejus medio monſtrata ſibi terna ſolia fuiſſe ex lapide eodem exſculpta; in quibus, aqua refertis, recubuiſſe Sibyllam, dixerint; intima autem in caverna gradus & thronum ex-
T. Apollinis celſiorem è quo reſponſa jactârit: Templumque *vatidici* Dei juxta vatidicæ Deæ Cumis ſteriſſe Latini vates ſæpius indicant, ibi ſcilicet ubi hoc tempore
Arcus felix. *Arcus*, cognomine *Felix*, conſpicitur quem tamen alii negant Templum fuiſſe, ſed potius Cumarum Portam: ſitus enim per opportunè medius inter arduos montes & viam ita obtinet, ut niſi
Cumæ. per eam ad *Cumas* non pateat acceſſus: egregium munitiſſimæ olim urbis munimentum: urbis inquam antiquiſſimæ, quæ, genetrix Neapolis, in arduo monte ad mare poſita fuit, ita ut *infima* ejus fluctus marini adluerent, *ſuperiora*, muris, Turribus aliisque molibus adeò munita & circumvallata, ut expugnatu difficillimus eſſet locus: in vertice rupis urbe media celeberrimum *Apollinis* Templum fuit: de quo Virgilius Maro lib. 6. Æneidos, & antro Sibyllæ:

At pius Æneas Arces quibus altus Apollo
Præſidet horrendæq; procul ſecreta Sibylla
Antrum immane petit:

Videnturque adhuc murorum ac turrium

rium fundamenta, atque ex rupibus excisæ fossæ profundissimæ : item aquæductuum aliorumque operum amplissimorum magnæ moles, sed ruinis horridæ ac indiscretæ.

Cumis deinde cum Gauro Monte relictis, Viæ Domitianæ, sæpius interruptæ, reliquias reperis & primum ad viæ lævam Literni, Veteris Romanorum coloniæ, ruinas, juxta speculam, quam *Turrem Patriæ* vocant, à P. Scipione Majore Africano, qui ingratam patriam fugiens, huc in villam suam secessit & obiit : locus amœnus est tabernâ diversoria & piscatorum aliquot casis cultus: *Acetosus* in propinquo *Fons* oritur, qui inebriandi vim habebat, nunc potus capitis dolores sedat.

Torre di Patria.

Fons acetosus.

Hinc transito Lacu Literno sive Clanio & amne, lapidei Pontis ruinas in *Vulturno* fl. positi vides: & juxta ostium fluminis Castrum, ubi olim opidum steterit.

C. del Volturno.

Ulterius in litore *Draconis* Montis Castellum occurrit : exiguum sed munitissimum adversus pyratas opidum : mille passus à mari dissitum: monstratur hîc loci rotunda ædes, sentis fruticibus squallida, quam *Ciceronis tumulum* dicunt quia ibi erutum epitaphii ejus fragmentum

C. di M. Dragone.

Ciceronis sepulchrum.

Visuntur & hîc passim & in ora litoris ingentes ruinæ, & rudera immensa Portus & urbis antiquissimæ *Sinuessæ* aquarum calidarum vi medicâ, cælique temperie mira diu celebris fuit colonia hæc; nunc *balnea Gaurana*, fontes hi appellantur. Adjacet enim prope Mons *Gaurus*, olim *Massicus* nominatus, optimi vini felix, & ab antiquis scriptoribus admodum celebratus.

Sinuessæ rudera.

M. Massicus hodie Gaurus.

Liris fl.

Sequitur proxime in litore *Liris* fl. ostium; qui & à Garo monte *Garigliano* jam dicitur. hic fl. olim Campaniæ felicis limes, oritur ex Apennino, unde longo decursu abluit nobilium quondam urbium Vesciæ, Auruncæ, (quæ & *Ausona* dicta) & *Minturnarum* rudera. Et quidem Minturnarum urbis nobiles reliquiæ prope utramque fluvii ripam ostium ac mare versus conspiciuntur: uti amphitheatra bîna; theatrum, aquæductus sumtuosus & altus murorum & turrium magna vestigia, portarumque præaltos fornices, aliaque ædificiorum fundamenta solidissima: ex quibus colligere est urbem opibus splendidam & potentem fuisse: marmorum & saxorum quadrigis aliisque ornamentis spoliata est: ex quibus vicinum in colle Castellum, quod *Trajectum* vocant (& Ducatus titulo

Minturnarum rudera.

Trajectum.

titulo Prosp. Columnæ datum;) suscitatum & munitum esse videtur: Est & sub Minturnis, proximè Liris ostium, *Feretale* vicus insignis olim urbis reliquum monumentum. *Feretale.*

Hinc aliquot in litore Turres spectantur juxta viam Herculeam, & deinde *Mola* ad Appiam viam prope mare situm opidum, longum, elegans & amœnum, nomen habens à frequentibus molis, quas è vicinis collibus defluentes, cum jucundo strepitu, rivi circumagunt. Ex *Formiarum* crevit ruinis, uti cujus urbis rudera, introrsus juxta viam Appiam, conspiciuntur haud pauca, marmorum & ædificiorum, aliorumque operum amplissimorum vestigia. Loci amœnitatem Martialis notat ubi ait: *O temperata dulce Formiæ litus*, quæ certè hodie non minor: admirandæ enim fertilitatis hic ager est, qui & sacchari cannas alicubi fert, magnum ubertatis soli argumentum: horti circumcirca aurei, adeò auratis pomis scatent: & integræ circa silvæ sunt oleis consitæ, litus Cajetam usque 4000. pass. lætissimis hortis & odoratissimis fructibus fragrat: viatoresque recreat creberrimis antiquitatum saxis & monimentis: est & locus qui *Ciceronis* audit hodie, ubi fortè villa ejus Formiana *Mola olim formiæ* *Villa Ciceronis*

miana ſtetit, cujus frequentem in epiſtolis ad Atticum facit mentionem.

Gaeta. *Cajeta* civitas epiſcopalis eſt ſatis nitida, domos habet prælatas, viis anguſtis porticibusque perpetuis & labyrinthis diviſas: ſuburbium juxta mare oblongum; ipſa urbs in apice Promontorii anguſto ſita & adeò munita eſt, ut *clavis Regni Neapolitani* dicatur: ab continenti enim unicus tantum ad eam acceſſus eſt optimè munitus: imminentque ei & toti maris oræ, duæ Arces inexpugnabiles quarum altera turris eſt rotunda marmoreaque, à L. Munacio Planco ſtructa ut Mauſoleum eſſet: Cathedrale Templum egregio & aureo ornatu ſpectabile eſt: eminet in eo vas capaciſſimum ex integro candidiſſimoque marmore egregiè elaboratum, & ſimulacri Bacchi ac Satyrarum in ipſo exciſis decoratum: Formiis olim ab Saracenis, everſis huc, unà cum ſede Epiſcopali fuit tranſlatum, ut Baptiſterium eſſet.

Hinc juxta litus Terracinam uſque Turres aliquot ſpectantur præſidiariæ, & ſpeculæ contra pyratas.

Introrſus ad Appiam viam hîc maximè integram, *Fundi*, urbs Epiſcopalis ſe offert, exigua at ſpecioſa, inque amæna planitie ſtructa: *Colli-*

Fundi.

Collibus hinc atque inde lacu simul æquore cincta.
Citria cui florent hortis & litore myrti:

Ducatus titulo olim ab Ferdinando Arragoniæ Rege Prospero Columnæ donata fuit: Mons ei imminens, *Cacubus* est, ab vino generoso olim nominatissimus; porrigitur usque in sinum Cajetanum, consitusque hodie est fructiferis arboribus plurimis. *M. Cacubus.*

Hinc in Appia via, per obliquos montes procedens *Itrium* offendis saxeum. Castellum est ex saxis Histriis ædificatum, in amœnis collibus, qui vestiti oleis, vitibus, ficubus, aliisque arboribus fructiferis amœnè sunt. *Itri.*

Altius juxta fontes Liris fl. & Apenninum *Sora* est urbs Episcopatu & Ducatus titulo nobilis, nec populo infrequens, in Comini amœna ac fertili regione sita. *Sora.*

Non procul abest *Arpinum* opidum Caii Marii septies consulis ortu nominatissimum: item *Atinum* antiqua civitas, interque eas quæ Turnum armis adjuverunt contra Æneam: Ab Arpino 3000. pass. Villa D. Dominici est, ubi *M. Tullium* in lucem editum scribunt. *Arpino. Atino. Ciceronis locus natalis.*

Ulterius orientem versus *Aquinum* occurrit, urbs Comitatu & Episcopatu *Aquino.*

illustris, ortuque Thomæ Aquinatis celebris, verum pæne collapsa, vestigia tantum præfert priscæ amplitudinis.

Casino. Prope est *Casinum* ubi ædes fuit Apollinis, quæ in Monasterium sive Abbatiam *D. Benedicti* abiit, ejusque Episcopus sive Abbas opulentus nemini, nisi Papæ, subest: *D. Germani burgus* prope distans fontium copiâ abundat.

Hinc juxta Lirim fl. descendens in Viam Appiam, quæ Capuam ducit, *Sessa.* *Sessa* urbs Episcopalis se offert, Ducatus titulo nobilis, introrsus ab veteri Sinuessa 6000. pass. à litore maris sita ad Calenum Montem, loco fertili & amœno, at inæquali: ubi multæ visuntur antiquitatum monumenta: & *Ciceronis tumulus* (de quo antè dixi in Sinuessa veteri.) Supra Sessam, ex Appia via, *Domitianus* inchoatam ab alio viam per Campum Stellatem atque Liturninas paludes Cumas duxit. *Via Domitiana.*

In Campo hoc Stellate 8000, pass. à Sessa, sita est *Carinula*, olim *Calenum* à Monte, cujus ager nobile vinum ferebat: *Carinula.*

Ad Sessa verò, Capuam versus juxta Appiam viam *Teanum* est, urbs Episcopalis: antiquitus *Sidicinum* vocatum, & dignitate Capuæ ferè par: hodie deser- *Tiano.*

tum

tum Teanum audit ab ipsa re: Ab hac, juxta eandem viam, *Cales* sequitur, urbs quoque episcopalis, cujus auctor dicitur *Calais* Boreæ filius post Argonautarum reditum in hæc loca profectus. *Calvi.*

Hinc per beata Campaniæ arva & Pontem (Vulturno fl. A. M. Aurelio Antonino instructum) superbum *Capuam* inibis novam, urbem amplam ac potentem in ulteriore Vulturni ripâ magnificè satis structam: rectamque siniſtris montibus, validam muris, Arce & propugnaculis, conspicuam tectis amplisque plateis & ædificiis celsis: Regitur eadem reip. forma quâ Neapolis; & commodè satis habitatur sed infrequentius: Civium mores, ab antiquæ urbis moribus, superbiâ non multum abeunt. Rudera verò veteris Capuæ, (domicilium quod fuit superbiæ & luxuriæ atque Romæ æmulum,) inferius juxta Vulturnum 2000. pass. jacent, prope Templum D. Mariæ Gratiarum: utpote, Portarum urbis, aquæductuum, Theatri, Templorum, Porticuum, Thermarum: item subterraneæ concamerationes vastæ, aquarum Castella, & alia plurima, ex quibus potentiam atque superbiam veteris Capuæ colligere possumus; quamvis magnas ejus reliquias *Capua*

Nova Capua, vicinæque urbes inde distraxerint: Ager ejus omnium Campaniæ felicissimus; æqua & plana hîc omnia ac amœna, iidem agri, frumenti, vini optimi, fructuumque simul aliorum feracissimi sunt.

Cæterùm urbs est Archiepiscopatu nobili insignis sub qu— sunt, præter, supra relatas urbes, *Caserta* & *Galatia*: illa ultrà quoque, hæc cis Vulturnum altius posita & antiquitatibus plurimis spectanda. Tum altius *Telesia* & *Alifa* juxta silvam ab ea cognominatam: & versus fontes Vulturni *Venafrum* oleo præstanti clarum; & *Isernia* magnum (incentis olim urbis cadaver; cui propinquum est *Furnellum* frequens & opulentum opidum.

Caserta
Gajazzo.
Telesio.
Alifi.
Venafro.
Isernia
Furnello.

Ab Capua verò versus Neapolim, per agrum Stellatem Camposque Leborinos fertilissimos, media ferè via *Anversa* se offert, urbs Episcopalis in colle Ateliæ ruinis ædificata, cujus in urbe relliquiæ supersunt, validis cincta est muris, civibusque frequens, ac ornatior indies redditur Neapolis vicinià; cujus Proceres loci fertilitate & allecti, ædes plurimas hîc struxêre voluptuarias: habetque urbs ipsa nobiles familias 14. Templum Cathedrale amplum satis est,

Aversa.

ejus-

ejusque Antistes nulli nisi Pontifici subjectus est : Non longè absunt *Acerra* urbs episcopalis ad Liternum fl. & altius *Matalona*, Comitatus Caraffarum, familiæ : *Duratianum* Ratanorum gentis, & *Argentum*, Stendardorum Castellum : & ultra Liternum sive Patriam fl. *Nola* urbs Episcopalis antiqua & clara, sita eodem, quo olim, loco sed minore ambitu : ceterùm opibus potens & nobilitate: munita Arce, aggere, muris & fossis egregiè : conspicua domicilliis amplis: foris spatiosis pluribus, & crebris Templis : Regiâque Regulorum antiquorum æde ; ac Porticu insigni : Antiquæ Nolæ superstant, rudera duorum Amphitheatrorum : tumuli aliquot : Templorum pavimenta & ædificiorum, quæ terra tegit, fundamenta: Famam habet ab Augusto Cæsare, qui æger Capreis huc delatus, obiit in eodẽ conclavi, quo ejus pater Octavius è vivis excesserat:

Duraz. zo. *Arien.* zo. *Nola.*

Juxtà est Mons *Vesuvius*, nunc *Summanus* ab opido *Sumano* ad radices ejus structo : & summâ vini nobilissimi, & optimorum fructuum, quos fert, abundantiâ nomen meritò ferens : Montem occupant & silvosi saltus : & cacumina ejus horrida sunt & invia & flammis depasta;

M. somma & opidum.

T. del Greco. Hinc ad litus Maris, Neapoli orientem versus octavo lapide *Turris Græca* conspicitur, Castellum elegans & munitum, ab conditore, vel vino, Græco quod hîc provenit optimum, nomen habens: *Herculaneum* vetus fuisse putant: *T. del annunciata.* ulterius prope Sarni fl. ostium *S. Mariæ Annunciatæ* Fanum & opidum, occurrit; ubi olim Pompeii urbs stetit: quam unà cum Herculaneo & *Stabiis* Vesevi montis incendio & cineribus obrutam Dio tradit: Plinius quoque classis hîc Præfectus, dum avidius causas incendii perscrutari & propius accedere cupit, vi æstus suffocatus fuit. Sic & novissimè anno 1631. die 16. Decembris idem Mons arsit, & flammas cineresque & lapides ejecit adeò copiosè, ut magnam pecorum hominumque stragem & pagorum interitum ediderit.

Ultra Sarnum fl. *Stabiense* Castellum *Massa.* est, *Vicusque* & *Massa* opida episcopalia in litore maris posita: & ulterius prope Minervæ Promontorium & Capreæ in- *Surren to.* sulam amœnam, *Surrentum*, urbs Archiepiscopalis, & illustris, non tamen pristinæ, amplitudine, par, ut rudera ibi indicant; agrum verò habet felicem & vini, tenuitate & salubritate, celeberrimi; feracem; uti & Massæ ager, ei con-

confinis. Hæc de Campania Felice.

Ceteras Regni Neapolitani XI. Provincias, quamvis ager earum uber sit & felix, & Itala gleba, quoniam tamen non æquè excultræ sunt ac reliqua Italia, minusque ab peregrinis visuntur, leviter percurrant, incipiendo à *Principatu ulteriore*: inter Campaniam felicem, Principatum Citeriorem, Basilicatam, Provincias & Apenninum, in mediterraneis posita: urbes continet Episcopales 11. quarum *Conza* est Metropolitana, & Archiepiscopatus dignitate eminens: sita ad Ofantum fl. ultra Apenninum, tractum Barensem & Capitanatam dividens & in mare superius exiens: Ceteræ sunt Cedogna, Avellino, Ariano, Bisaccia, Monte Marano, Monteverde, Nusco, S. Agatha Gothorum, S. Angelo, & vico della Baronia: præter has opida habet 142. & *Beneventum* urbem Episcopalem, &, cum sua ditione, Ducatus titulo nobilem, sub Dominio tamen Pontificis Max. olim *Maleventum* audiit, sita est ad Appiam viam in valle, quæ *Beneventana* ab ea dicitur, montibus cincta, loco admodum oportuno ad Sabatum fl. Vulturno inde aquas suas conferentem ager ejus amœnus & maximè fertilis. *Principatus ulterior.*

Suc-

Princi patus Citerior Succedit huic Provinciæ *Principatus Citerior*, juxta Mare inferum inter Campaniam & Basilicatam sita. fertilis quoque & amœna regio: opida continens 230. Turres in litore præsidiarias 69. urbes Episcopales 16. inter quas *Amelphis* & Salernum Archiepiscopales & Principatus titulo gaudent: illa juxta sinum maris ingentem posita, in agro fertili & amœno, celebris est pixidis sive magnetis nautici usu, hîc primùm invento, ac maritimis negociationibus: claraque Archiepiscopatu lauto.

Amalfi.

Salerno. Hæc ad eundem intimumque sinum maris sita, gaudet multa nobilitate & Academia, in qua *Maranta* jus docuit, & cujus facultas Medicinæ olim Anglorum Regi egregium *de conservanda valetudine* consilium scripsit: Primarium Templum *D. Matheo* sacrum, Divi ejus corpus servat; uti & *D. Andreæ* ossa Amelphi habent. Ager Salernitanus infinitis pomorum variorumque fructuum generibus mirificè abundat.

Golfo di Salerno. Sinus hic qui Salernitanus vocatur, clauditur, ab occidente, *Promontorio Minervæ*, quod à Plinio, ob amœnitatem *Sirenum sedes* vocatur: objacet ei prope *Capo del Minerva.* *Caprea* insula, olim ab Augusto & Ti-*Isola di Capri.* berio Impp. amœnitatis & salubritatis gra-

gratiâ habitata. Urbs ejus ſedem habet Epiſcopalem ſub Præſule Amelphitenſi, cui & ſubſunt *Lettere*: Scala, & *Minori* urbes, hæc prope litus maris ſita ædium magnificentiâ ſuperbit: illæ introrſus ſitæ; ſed *Scala* propius mare, cui adjacet *Ravellum*, opidum Novum & ædificiorum ſplendore Elegans, cujus Epiſcopus nulli niſi Papæ ſuest. *Minori* *Scala.* *Ravello.*

Ab hoc Salernum verſus occurrit *Vicus Veterum*, plurimis villis egregiè excultis, amœniſſimus: *Vecese.*

Prope Salernum introrſus *Cava* eſt, cujus & Epiſcopus exemtus Papam tantùm agnoſcit: adjacet Monaſterium antiquum & opulentum, cujus mentio fit in Canonibus: ulterius ad Sarnum fl. conſpicitur *Nucerium* & *Sarnum* deinde, urbes Epiſcopales: tum altius ad rivum Sarni *S. Severini* opidum, vino optimo, quod vallis ei vicina producit, celeberrimum: vallis hæc amæna & frequenter habitata. *Cava.* *Nocera* *S. Severini.*

Præterea introrſus urbes epiſcopales ſe offerunt: Campania, Cajanum, Capacium, Aternum, Capaleucum, Marſicum Novum: *Ebulum* verò opidum opulentum eſt. *Evoli.*

In litore infra Salernum occurrunt Turres aliquot præſidiariæ, & ultra Sila-

tum

Cast. Mare della brua. rum fl. *Pesti* opidi ruinæ; *Castello Mare* urbs Episcopalis: Sanseverinum, ad intimum maris sinum, *Policastrum* Episcopatu & Ducatu nobilis urbs. Sequitur *Basilicata* provincia ampla, inter Principatum & Calabriam Citeriores, finibus exiguis sinum Policastri attingens, ubi unam habet turrim; Amplioribus verò finibus ad sinum Tarentinum, maris Jonii, contingens, ubi sex habet Turres præsidiarias, ceteræ ejus partes Barensem tractum & Capitanatam ferè spectant. introrsus à mari opida & urbes quàs 93. tantùm numerat, sitæ sunt: Harum 10. sunt urbes Episcopales, quarum metropolis est *Cirenza*, olim Acherontia, Archiepiscopatu insignis, cujus Præsul quoque Materæ agit; non adeò procul hinc, in finibus Tarentinæ Regionis sita civitas, cujus quoque nomine Archiepiscopus vocatur. ceteræ urbes sunt Melfi, *Venusia* Horatio alumno nobilis: Potentia, nunc *Potenza*: Tricanicum, Laviellum, Monspilosus, Marsicum Vetus, Grossanum, Murum & Rapallum:

Policastro. *Basilicata.* *Cirenza.*

Calabria citra. Huic inter Mare inferum & sinum Tarentinum succedit *Calabria Citerior*, regio stupendæ ubertatis, vini, frumenti, olei, ficuum, citreorum, omniumque fru-

fructuum, sacchari quoque & mannæ ferax, quin & auri & argenti habet mineralia, omniaque quæ ad vitam deliciosam faciunt: Litora utriusque maris munita turribus præsidiariis 27. sunt: oppida universim continet 162. interque ea urbes 10. quarum duæ sunt Archiepiscopatu insignes, nimirum *Consentia* & Ruscianum: illa caput quondam Bruttiorum fuit, hodieque caput est Calabriæ Regiique Præfecti sedes introrsus, circa clivos Apennini, sita ad confluentes, Busentum & Crathim fluvios, & Arce egregiâ munita: Ager ejus suburbanus tot vicis villisq; amœnè excultus est, ut una eademque civitas videarur: Haut procul inde versus septentrionem quondam *Pandosia* fuit cum *Acheronte* fl. quæ duo nomina, cum Alexander Epirotarum Rex in Epiro, ancipiti oraculo monitus, uti ei fatalia evitare vellet, hîc in eadem incidit atque periit. *Cosen-za.*

Ruscianum egregiè munita civitas est in litore Tarentino: urbes Episcopales introrsus à litore sitæ sunt *Bisagnanum* Principatus titulo clarum, & Cassianum eidem Principi parens: item *S. Marci* Fanum; *Mons* altus & Martoranum, prope fines Calabriæ ulterioris: *In litore maris Tirrheni* occurrunt *Scalea* urbs Episcopa- *Rossa-no.* *Bisag-nano.* *Scalea.*

copalis infra ſinum Policaſtri ſita. Se-
Dia-mante. quuntur, *Cirilum*, *Adamantium*, cujus ager ſacchari ferax: *Belvedere*: S. Boni-facii *Fanum.*

Cetra-rio. *Cetrarium*, Abbatiæ montis Caſſin-opidum, in edito loco ſaxoſa, mari in-
Paula. cumbente poſitum. *Paula* cujus ager op-
Sanlu cido. timæ notæ vinum producit. *Sanlucidum* Caraffarum Caſtellum generoſo vino
Fredo. r. v. clarum. Tum *Fredus* amnis & opidum ab eo cognominatum hortis citreis, aliis-
Clam-petia nunc Man-thea. que fructiferis arboribus amœnum: *Amanthea* urbs Epiſcopalis, munita & Arce firma.

In litore ſinus Tarentini primò, pro-
Stron-goli. pe fines ulterioris Calabriæ, offert *Strongolium*, & deinde ultra Promonto-
C. D. Alice. rium *Alicis*, *Cariatum Novum*, & juxta
Cariati Nuovo Vereris reliquiæ, urbes Epiſcopales; tum *Centum fontes* & Promontorium Trion-
Amyg-dalaria & ultra Ruſcianum, Trebiſacium ac *Amygdalaria* ab amygdalarum, quæ ibi provenit, copiâ nomen habens.

Cala-bria ul-tra. *Calabria ulterior* citeriori adhæret, & utroque mari, Tyrrheno ſcil. & Jonio porrò cingitur; Provincia quoque fertilis & amœna, cujus extrema pars Siciliæ quondam cohæſiſſe putatur, hodiè anguſto freto ab ea diviſa eſt. Turres in litoris utriusque circuitu præſidiarias numerat

erat 50. opida 130. urbes Episcopales 4. præter Regium & S. Severinam Metropolitanas & Archiepiscopales.

In *litore Tiberini maris* primum *S. Eu-* *S Eu-*
emiæ opidum olim *Lametiæ*, in intimo *phemia*
cessu sinus Euphemiæ situm occurrit:
um *Lopitium*, & antiquæ *Vibonis* rude- *Bivona*
: & interius à litore Hipponium Ro-
anis Vibo Valentia, nunc *Monte Leone* *M. Leo*
bs Episcopatu, præclara: *ne.*

Hinc in capite Promontorii Vaticani *Tropea*
ropea, civitas pulchra, à Tropæis ventis
ognominata, prope quam olim Portus
uit Herculis : Sequitur *Nicotera* urbs *Nicote*
uoque Episcopalis, & ultra Metaurum *ra.*
. Palma, Bagnara; & *Scyllæum* in cervi- *Sciglo.*
e *Scyllæ* scopuli ad introitum freti Sicu-
, ob maris reciprocationem, periculosi,
ui ulterius in adverso Siciliæ litore ob-
acet *Charybdis* periculosus quoque in
cari scopulus.

Hinc ad flexum litoris *Columna* stetit
Regia: apparentque ulterius *ruinæ Turris*,
bi nunc Taberna diversoria (quam *Ca-* *Catona*
onam vocant) erecta cernitur, è regione
Messinæ urbis, Siciliæ opulentissimæ
& negociationibus celeberrimæ ; ad
uam hinc frequens trajectus, per fre-
um non amplius senis passuum milli-
us : Ulterius 7000. pass. occurrit

Re-

Regium urbs Archiepiſcopalis, loco prominente ad fretum ſita, olim potentiſſima & verè Regia, hodie ferè deſerta:

Inde ad *Litus* maris Jonii *Aruli* & *Spartaventi* montium capita conſpiciuntur Tum caput *Burſani*, olim *Zephyrii*: & ulterius, *Locri* cognomine *Epizephyrii* (nunc *Hieracium* dictum) civitas Epiſcopalis & Marchionatus titulo nobilis ſe offert à litore remotius ſita: uti & *Caulonia*, nunc *Caſtellum Vetus*: & *Stilum* opidum honeſtum in colle poſitum: ubi paſſim auri, argenti ferrique fodinæ reperiuntur.

Burſano.

Ieracc.

Caſt. vetere.

Stilo.

Ulterius juxta intimum Siuus Scylacii ſeceſſum, ipſa urbs *Scylacium* ſe oſtentat Epiſcopatus quoque dignitate nobilis: & inde interius *Cantazarum* ac *Belicaſtrum* urbes Epiſcopales: tum rurſus prope litus Scylacii ſinus *Caſtrum* Hannibalis: & juxta illud *Iſola* Epiſcopatu nobilitata: & hinc ultra *Caput Columnarum Croton* urbs olim ampla & celeberrima, nunc Epiſcoparus & Marchionatus titulis ſuperba, & Arce munitiſſima: cælo gaudet maxime ſalubri: Ab hac interius ad Nietum fl. eſt *S. Severina* altera Archiepiſcopalis hujus provinciæ civitas: reliquæ Epiſcopales ſunt: Tavernum Nicaſtrum, Miletum, Opidum & Bova.

Squillace.

Cantazaro.

Belcaſtro olim Petelia

Caſtelle iſola

L. delle Colonne Crotone.

S. Severina.

Ab

Ab hoc Calabriæ utriusque longo Italiæ Cornu, Septentrionem versus, aliud Italiæ Cornu brevius conspicitur, quod Tarentini inhabitant; inter mare Hadriaticum sive Venetum & sinum Tarentinum prominens in mare Jonium: hodie *Terra Hydruntina* appellatur, ab Hydrunto opido hodie præcipuo: Ager ejus eximiè fertilis, incolæ verò rudiores habentur. *Terra di Otranto.*

Turres in litore utroque præsidiarias numerat 65. Opida universim 158. inter quæ civitates 14. & rursus harum 4. Archiepiscopatus sede inclytæ sunt.

Interque has *Tarentium* olim prima antiquissima & Portu nobilissima fuit: Hodie Portus obturatus & exigua, respectu veteris, urbs est, sed munita maximè, Arce & situ; in angulo enim intimi sinus Tarentini posita, mari pæne circumluitur: Aër hîc salubris; Ager omnium rerum fertilis, fructus fere optimos. *Taranto.*

Sequuntur in litore sinus, *Genobium D. Viti*, & opidum *Monacitium*, arcem habens invictam: item *Leuranum* nobile fontibus: & *D. Petri* Fanum antiquum. Tum *Nardum* opidum Episcopale, lautum, frequens & antiquum, cujus Episcopus omni jurisdictioni exemtus. Situm *Monaciggio.* *Nardo Neritum.*

est

est in amœna & culta planitie prope litus maris. Ab hoc interius non longè abjacet *Galata* opidum, quod jactat se habere *septem* crocei coloris *Merces*, quæ sunt: *Crocus*, *mel*, *caseus*, *vinum*, *caricæ*, *oleum*, *uvæ*. Adjacet in valle amœnissima Castellum S. Petri in Galatina: estque hic tractus multis pagis & Castellis amœnè habitatus.

Galatana.

Nardo in litore proximè succedit *Gallipolis* urbs Episcopalis, situ quoque munitissima: tota enim mari cingitur, continenti tantùm Ponte scopuloso adhærens: opulenta est & frequens mercatoribus, in primis Genuensibus: ædes habet 1800. & aquæductum fontemque præstantis operis: Episcopus ejus per vices Græcæ & Latinæ gentis est. Hinc enim Uxentum versus pagi multi spectantur & pulcherrimi à Græcis habitati, & gente moribus linguaque ab Italis diversa: *Vxentum* verò est urbs Episcopalis, introrsus à litore sita: ab qua interius: non adeò procul sequitur *Alexanum* urbs quoque Episcopatu nobilis:

Gallipoli.

Græci hic.

Vgento

Alessano.

Hinc Promontorium Iapygium, quod vulgo *S. Mariæ* vocatur, ab extrema Italiæ parte in Mare Ionium exit: juxta est urbs *S. Maria de Leuca* Episcopatu nobilis: Ab hac rursus juxta litus maris Venetis

S. Maria de Leuca Castro.

neti ascendenti occurrit *Castrum* urbs quoque Episcopalis & frequens mercatoribus, uti ab qua brevissimus in Græciam trajectus: *Castrum Minervæ* olim audivit.

Sequitur in litore *Hydruntum* urbs Archiepiscopalis Provinciæ toti ab se cognomen dans: Portum habet sat capacem: Arcemque in rupe munitissimam, cælum insuper clemens, agrum fertilem & amœnum. *Ottrã te.*

Ulterius *Rocca* est firmissimum in maris scopulo Castellum, & Vicus S. Cataldi Episcopi, ubi Portus est *Aletii* civitatis interius ab litore sitæ: Hæc caput hodie Provinciæ est: Episcopatu nobilis, Procerum totius tractus domicilium, multâque habitata nobilitate: uti in qua totius Apuliæ Regium habetur Concilium, perpetuumque stabilitum est Forum: prope hanc olim *Rudiæ*, Ennio cive nobile opidum steterit. *Rocca.* *Lezze*

Cererùm Brundisium inter & Hydruntum, in ora maritima, paludes aliquot exstant, fœtore suo aërem corrumpentes ut ibi non æquè purus & salubris sit ut aliis locis: ipsa verò urbs *Brundisium* aëre gaudet salubertimo, agroque olei feracissimo: Caput olim Salentinorum fuit; opibusque & potentia ac *Brindisi.*

Portu (ex quo trajectus in Græciam fuit) clara; nunc deserta propemodum est & collapsa civilibus odiis: Portus adeò importuosus, ut vix triremibus pateat; juxta quem in urbe binæ supersunt ingentes columnæ. Archiepiscopatu tamen nobilitatus remanet. Ab hac prope fines Barensis tractus & litus maris of-

Ostuni fert se *Ostunum* urbs Episcopatu illustris, cui villa Nova in litore pro Portu est.

Interius in mediterraneis sunt *Motola*, *Castellanetta*, & *Genosa*, urbes Episcopales sibi invicem vicinæ; à quibus non

Matera. longè dissita est *Matera* urbs Archiepiscopalis, sedesque Præsulis Cirenzæ, ut supra memoravi; sita est prope fines Barenses, in ditione Ducatus Gravinæ urbis prope dissitæ; Tandem inter Taren-

Oria. tum & Brundusium *Oria* spectatur, opidum quoque Episcopale in colle situm: & Arx valida Marchionis ex nobili Baloiorum genre.

Terra di Barirensis, Tarentinam regionem sequitur *Barirensis*, inter Basilicatam & mare Venetum posita: olim *Apulia Peucetia* vocata; Regio quæ stupenda agrorum ubertate & nobilissimorum fructuum copia, cum reliqua ferè Italia committi potest; sed siccitate nimia laborans, &

mus-

muſcarum multitudine per æſtatem afflicta; ita ut vulgò dicatur : *Quisquis inferni panas adire tentat, æſtatem in Apulia, hyemem circa Aquilam agat, in Aprutii montibus poſitam urbem.*

Hic tractus in litore maris adverſus pyratas habet Turres præſidiarias 16. opida 50. interque ea civitates 14. & Metropolitanas 2.

In litore maris ſuperi, ſive Hadriatici hæc loca ſpectantur maximè, Primum à finibus Tarentinorum inter vepres & dumeta *Egnatiæ* urbis antiquæ veſtigia. Tum *S. Stephani* Caſtellum equitum *S. Ioannis* Rhodiorum, in maris ſcopulo poſitum: inde *Monopolis* non magna ſed pulchra ac ædificiis magnifica urbs, Marchionatus titulo decorata: & inſignis Epiſcopatu cujus præſul exemtus, Pontificem ſolum agnoſcit. Sequitur *Polinianum* civitas quoque Epiſcopalis, lauta & frequens populo in prærupta rupe ſita: Tum *S. Viti fanum* opidum antiquum: & *Mola*, frequens ædificiis & colonis agreſtibus, Arcem habens ab Marchione Poliniani ad tutelam litoris conditam.

Egnatia

S. Stephano.

Monopolis.

Polignanano.

Mola.

Barium ſuccedit Archiepiſcopatu & antiquitate nobiliſſima civitas, hodieque Caput Provinciæ: pulchritudine & populo

Bari.

pulo insignis: claraque inaugurationibus, quæ olim hîc fieri consueverunt, Regum Siciliæ ac Neapolis: ora ejus importuosa, verum agri ubertas eximia; uti & *Iuvenatii* urbis Episcopalis proximæ; quam sequitur in litore *Molfettæ*, Principarus & Episcopatus dignitatibus spectanda: & *Biselium* Episcopatu quoque insigne.

Iuvenazzo

Molfetta.

Biseglia

Trani. Inde *Trajanopolis*, altera metropolis, in litore se offert, pulchris quidem ædificiis culta, sed parum habitata: Portus ejus, arena oppletus, si probe reficeretur, 100. triremium capax esset; ab hujus urbis agro Tarentum usque silvæ productæ spectantur oleis & amygdalis amœnæ. Sequitur hanc proximo in litore *Barletta* sive Barulum opidum nobilitate frequens: in cujus foro spectatur statua ex ære Heraclii Imp. armati, alta pedes decem, opidum hoc inter 4. Italiæ munitissima recensetur, quorum cetera tria sunt: *Fabrianum* in Marca Anconitana: *Pratum* in Tuscia: & *Crema* in Lombardia, prope Mediolanum.

Barletta.

Canna Non procul à Barulo hoc, *Cannæ*, vi-
distrut cus hodie, clade Romanorum insignis,
ta. ubi urbis priscæ vestigia pauca visun-
Canosa tur: Interius à litore prope sunt *Canu-*
Bitonto *sium*, Andria, Ruvi Minorbino, *Butunti*

urbes

urbes Episcopales & quidem postrema Marchionatus titulo nobilis. Item *Pu-* *Bitetto*
tilianum equitum D. Joannis & Episco-
pi sedes: & *Conversano* Comitatus atque
Gravina Ducatus Caput. *Gioja*, non adeò *Gravi-*
procul inde, orientem versus, situm Ca- *na.*
stellum, Comitatus titulo nobile est; *Gioja.*
decoratumque Arce (ab Frederico II.)
venationum gratiâ structa: ad quam spe-
ctat *Aquaviva* in amœna ibi planicie sita. *Aqua*

Apuliæ Peucetiæ succedit Daunia *viva.*
Apulia, quæ & *plana* dicta, ab latis cam-
pis & æquore agrorum, qui hîc supra
modum fertiles tritici, aliorumque fru-
menti generum: hodie *Capitanata* ap- *Capita*
pellatur, estque ampla Provincia Pro- *nata.*
montorio lato in mare superum extensa:
Turres in litore præsidiarias 22. nume-
rans; opida universim 103. interque ea
urbes 13. connumeratis 3. Metropoli-
tanis, unius Præsulis.

In litore maris à Barensi Tractu, pro-
gredienti occurrunt *Salapia*, eo loco quo *Salpe.*
antiqua stetit Salapia, Episcopatu nunc
illustris. *Anduria* opidum & lacus ab eo *Ando-*
cognominatus, cujus aquæ nunquam *ria.*
augentur, aut minuuntur: & ulterius
ad intimum maris Apuli sinum *Manfre-* *Man-*
donia, in rupe posita, urbs laura frequens- *fredo-*
que populo ac nobilitate, ex Siponti *nia.*

vicini ruinis erecta, translatæque eò Sipontini Archiepiscopi sede, sub nomine tamen Sipontini Præsulis Arcem in litore habet invictam, molemque in mare productam quæ navibus stationem præstat securam: inquas inde per gradus descenditur: estque magnæ artis opus.

Sipon-ti. *Siponti* urbis ruinæ 1000. inde passus saxosa in rupe, ad maris litus & montis radices ostenduntur, cujus tamen Templum summum, ferè integrum est.

M. S. Angelo. v. itine rariũ Poët. pag. 161. Civitas vero *S. Angeli* quoque Archiepiscopalis, frequens ac munita, 6000. pass. à Manfredonia mare versus conspicitur, in veteri & celsa Montis Gargani rupe; ubi adhuc specus est Archangelo sacra, de qua mira Leander Albertus refert.

In ima Promontorii fronte ad litus *Vieste.* maris *Vieste* occurrit civitas Episcopalis, ab æde Vestæ quæ hîc fuit nomen servans: hanc sequuntur in litore Castel-*Vestice* lum *Vestice*; & *Hyrium* opidum, nunc *Roda.* *Roda*, ubi summa roris temperies agros mirificè fœcundat. Inde emenso Pro-*Varra-no.* montorii flexu, offert se *Varranus lacus* ingens & piscosus, quem præter *Varranum* opidum, coronant Caprinum, Cognarium & Iscitella opida:

Lesina. Tum mox *Lesinus* Lacus, ab urbe *Lesina*

fina ei adſtructa cognominatus, piſcium copia fœcundus: urbs verò colonis pænè deſerta, quamvis ſedem retineat Epiſcopalem. Tandem prope fines Capitanaræ in litore ſpectantur *Campus Marinus* & *Terminus*, opidulum Epiſcoparus & Ducatus titulis nobiliſſimum, in peninſula juxta amniculum & maris litus ſtructum: mœnibusque & loci natura munitum, è regione ejus in ipſo mari procul *Inſula* conſpicitur, quam *Tremiti* vulgo vocant. Introrſus à litore in medio Gargani Montis planities ſe offert amœna & pratis læta: in qua Caſtellum *S. Ioannis rotundi* ſitum, celeberrimum conventu finitimorum, qui pridie feſtum S. Odulphi communi conſenſu, ejus anni, certum frumento precium dicunt quod excedere nemini licet. Prope adjacet *Precina* opidum honeſtum, Palatio ornatum magnifico, quod hic Fredericus II. ædificari curavit: item ad radices Gargani Montis, *S. Viti* opidum, ædificiis quidem frequens, ſed ob ſerpentum copiam deſertum.

C. Marino. *Termole.* *Iſola di Tremiti.* *S. Giovanni.* *Porcina.* *S. Viti.*

Rurſus prope S. Joannis Caſtellum conſpicitur *S. Severi* opidum nobile, frequens & opulentum: item opidum quod *Turris Major* vocatur; Tum interius ſecundum radices Appennini olim

S. Severo. *T. Maggiore.*

Gerion, *Tragonara*, *Volturara*, Luceria
Lucera episcopales urbes, *Luceria* autem antiquæ amplitudinem majorem testantur adhuc rudera ibi conspicua. Item *Vicarro*
Troja. & Æquulanum nunc *Troja* civitas opulentissima, cujus Episcopus Papam solum superiorem agnoscit: insuper Comitatus titulo gaudet habetque agrum fœ-
Ascoli cundissimum: Denique *Bovinum* & *Asculum* Apulum civitates, quóque Episcopales, & Asculum insuper Ducatus titulo superbit:

Com. Capitanatam contingit *Comitatus*
Molis *Molissinus*, ceteris suis finibus Campa-
sinus. niam & Aprutium citerius contingens a mari tamen remotus: opida universim continet 108. & inter ea quatuor
Molise Episcopalia & opidum *Molisium* in ejus ferè meditullio situm, unde Co-
Baja mitatui nomen: Dignior urbs est *Bojanum*, opulentissimum & potentissimum
nus. quondam Peuciorum opidum, & hodie quoque Ducatus titulo magnificum:
Triven Sequitur *Triventum* Comitatus titu-
to. lum gerens: tum *Guardia Alferia*, quæ tres urbes Præsuli Beneventano sub-
Isernio sunt: Quarta scilicet *Isernia* Capuano Præsuli: in valle Porcinæ sita Patria Jurisconsulti Andreæ de Isernia: de qua & alibi dixi.

Ulti-

Ultimæ ad mare Hadriaticum Regni Neapolitani Provinciæ sunt *Aprutia* scil. Citerius & Ulterius: Regiones summa cæli gaudentes salubritate, & incredibili incolarum frequentia: versus mare amœnæ & commodæ, introrsus verò montibus asperæ: Croco abundant, & animalibus pecoreque innumeris: & quidem. *apruzzo.*

Aprutium Citerius universim opida numerat 150. inter quæ Civitates 2 Archiepiscopales Lancianum & Teate, & duæ Episcopales: Sulmo & Civitas Burella: Turres in litore præsidiarias numerat septem, & hæc præcipua loca in eo occurrunt, à finibus Capitanatæ Provinciæ: primo *Trinii* amnis ostium: quod *Portuosum* Plinius dicit; Tum *Histonium*, Frentanorum olim opidum, nunc Marchionatus titulo clarum ostentatque quædam antiquorum operum (Theatri inprimis & Prætorii) vestigia: inde prope Alinellam fl. & litus maris *Penna* opidulum: & altius ad fluvium Mons *Dorisus*, modicum castellum Comitatus dignitate nobile. Rursus in litore prope Sangrum fl. Cœnobium *S. Ioannis*, ubi Veneris olim ædes steterit: item *fossa Cæsa* cum D. Joannis Arce firma. *apruzzo citra.* *Trino.* *Gustà d'Amone.* *Penna.* *M. Dorisus.* *Fossa.* *Ciega.*

Lancio no. Succedit in litore *Anxanum* Metropolis, & emporium celeberrimum, uti ad cujus Nundinas (quæ Majo & Augusto menſibus celebrantur annuatim) frequentes, ex Italia, Sicilia, Græcia, Illyrio, ceterisque mundi regionibus, confluunt mercatores appelluntque navibus ſuis, ex Epyro, Dalmatia aliisque *Ortona* locis, in Portum *Ortonæ*, proximi opidi, unde merces ſuas ad mercatum Anxanæ urbis deferunt.

Sequitur mox in litore *Francavilla* *Fran-* opidum, quod *Frentanum* olim fuiſſe *cavilla* putant: atque inde interius prope am- *Chieti.* nem Peſcaram *Teate* Marucinorum olim opidum, in colle conſpicitur, hodie Archiepiſcopi ſedes eſt, habetque agrum amœnum.

Reliqua opida præcipua introrſus à *Sulmo* litore ſita ſunt *Sulmo* Epiſcopalis urbs & *na.* Ovidii patria à Solymo Phrygio, Æneæ comite, condita; pulchritudine loci, frequentia populi, & aquarum abundantiâ ſpectanda.

Adjacet non procul *Pratula* Abbatiæ *Prato-* S. Spiritus PP. Cæleſtinorum opidum; *la.* *Popolo* & paulùm ulterius ad Peſcaram fl. *Populum* perhoneſtum opidum prope quod fl. ligneum Pontem habet, & Arcem, utramque ripam egregiè firmantem, item

Toc-

Tocca, Majella, Villa Maina prope Teatum &c.

Succedit *Aprutium Vlterius* ampla Provincia *Truento* amne ab Marka Anconitana ſive Piceno, Apenninis montibus ab Umbria, & Liris fluvii fontibus ac rivis ab Latio ſive Campania Nova Pontificis ditionibus, diſtincta: opida complectitur 284. inter quæ Atria, *Pinna*, Interamnium, Avia ſive Avella. *Aprut. ſo ultrà*

In litore Turres præſidiarias habet 6. & hæc opida: primò ultra *Piſcaram* ſive Aternum amnem, *Piſcarium* Caſtellum, ad oſtium fl. poſitum: ſequitur *Salini Portus* ſive *Civitatis Anguli*, quæ prope adjacet: & ab hac introrſus 3000. paſſ. ſpectatur *Pinna*, antiquitate & Epiſcopatu nobilis; Tum ulterius verſus litus maris *Atria*, urbs quoque Epiſcopalis & Hadriani Imp. locus natalis; arduo montis jugo inſtructa, medio ferè ſpacii loco inter Plumbam & Vomanum amnes, ad cujus prioris oſtium Portus: inde Mons *Paganus*, & *Turdini* amnis oſtium: & Caſtrum Novum, nunc *Flavianum*: tum *Iulia Novà* & ultra Salinum fluvium *Montonium* Comitatus titulo clarum opidum: & *Gabianum* ultra Vibratam amnem: Tandemque prope Truenti ripam *Colonnella* eo loco quo *Piſcara* *Piſcara porto di Salini* *Civ. S. Angelo* *Civ. di Penna.* *Atri.* *M. Pagano.* *Flavia no.* *Monto ne.* *Colonnella.*

Truentum, olim opidum ſteriſſe putant.

Teramo. Hinc introrſus verſus Montes occurrit *Interamnium* Caput quondam Præcutianorum: hodie civitas Epiſcopalis & Ducatus titulo nobilis; Interamnium vero à ſitu vocatur, quod inter *Turdinum* & *Viciolam* amnes confluentes, poſitum ſit: Ulterius juxta Apenninum *Avia* ſe

Aquila. offert, in alto monte, hiberno tempore frigori & ventis expoſito, ſita civitas Epiſcopalis, & hujus tractus caput: ex Amiterni ruinis nata creditur, cujus rudera quinto hinc lapide conſpiciuntur.

Lauretta. Abjacet prope in collibus *Lauretum* Ducatus dignitate inſigne opidum: item Collis Corvinus & alia opida:

Lago di Celano. Ultra Apenninos verſus Campaniæ ſive Latii fines *Lacus Fucinus* ſe oſtentat ſatis amplus, in quo piſces reperiri ſcribunt 8. pinnis præditos, cum ceteri ubique quatuor tantum habeant: coronant hunc lacum opida, *S. Appetito*, *S. Giona*, *Paterno*, *Tranſacco*, *Gajano*, *Avezzano*, & alia: verùm opibus & populi

Celano. frequentia excellit, *Celanum* (à quo lacui cognomen:) in colliculo, meridiem verſus, ſitum, juxta montium editiſſimorum pedem: Dominus ejus Ciborum, Genuenſium, nobilis gens: Eſt &

hic

hic *Malianum* opidum in tumulo erectum, ab cujus dextra se pandit planities læta, ad ripas usque Fucini lacus: Planities verò hæc inter cætera, habet Cœnobium *D. Mariæ Victrici* sacrum sumtuosi operis, sed frequentibus terræmotibus conquassatum. Item *Alba* Fucentis antiquum nomen in ruinis retinens: adeò olim opidum situ munitum, ut Romani iis qui custodiendi erant, tanquam carcerem hunc locum præscriberent: & quanta olim urbs fuerit, veterum mœniorum, ex quadrato lapide, reliquiæ satis demonstrant. In vicinia sunt *Pereto*, *Seucula Taliequitium*, cujus agri peramœni & fœcundi, vitibus, ficubus, pomis, pyris idque genus aliis arboribus fructiferis consiti: hîc plurimum agnoscitur imperium Columnarum, familiæ Romanæ gentis nobilissimæ. Sunt & *Rocca della Cave* & *Capranica*, origine Capranicorum, Romæ quoque nobilium illustris: item *Casa Corbula*: *Saracinesco*: *Rocca di Mutii*, Girano, Civitella, *Olibanum*, multæ amœnitatis opidum; denique *S. Vito*, *Prisciano*, *Cappadocia* & alia juxta Liris fluvii fontes conspicua municipia.

Magliano.

S. Maria della Vittoria.

Albe.

Taglia cazzo.

Capranica.

Olibanum.

Hæc de nobilissimi Neapolitani Regni Provinciis & urbibus opidisque cla-

Nobilitas.

rioribus; quæ pleraque inter particulares Regni Dominos indigenas, sunt divisa, sub diversis titulis: Nobilitatis enim in hoc Regno immensus numerus: 19. Principes; 25. Duces; 37. Marchiones; 54. Comites, & supra 1000. Barones; quibus defunctis, nisi consanguinei supersint adeò propinqui, ut jure Pragmaticæ sanctionis succedere possint, eorum Dominia ad Regem revertuntur: qui illa sæpe locupletibus mercatoribus vendere solet, *singulari imperii arcano*: & cetera opida nullis Baronibus subjecta, à Rege, si ita necessitas postulet; divendi possunt.

Numerus militum quos cogere Rex potest.

Porrò per totum hoc Regnum Foci numerantur 401454. at cum in omnibus provinciis quinque pedites, in singulos centenos focos, extra ordinem imperentur, efficient pedites 240701. Hi ubi necesse est à deputatis in singulis opidis aut locis nominantur: ita tamen ut si Ducibus non placeant nominati, alii rursus nominentur, donec iisdem satisfiat. ex quo de viribus hujus Regni facile quis judicare potest: Maximè cum illud vix ab ullo hoste tentari & invadi possit, qui non per mare subsidia sibi comparare valeat maxima; per terram enim ab externo hoste tentari minimè

Firmitudo Regni.

po-

poteſt : niſi qui Pontificem Rom. & Eccleſiaſticum Dominium propitium habeat.

Nobiliſſimus fluviorum Europæ *Padus* (olim *Eridanus*) ex Alpibus Gallicis originem ducit, & inter Apenninos Alpesque Germanicos Montes, medio ferè ſpatio excurrit in mare Adriaticum, dividitque eam Italiæ partem, ab nomine ſuo, in Ciſpadanam & *Tranſpadanam*. *Ciſpadana* continet Ferrariam Flaminiam, Bononiam, Mutinam, Mantuæ partem, Parmam, Mediolani partem, & Montemferratum, partemque Pedemontii : reliquam Partem Petriæ; de montii, Mediolani, ac Manomnesque Venetum ditiones, integras in Tranſpadana reperies:

Italia Ciſpadana & Transpadana.

Ferraria Flaminia & Bononia Pontificis ditiones ſunt; de quibus alibi. his ſuccedit Æmilia ſive Longobardia Ciſpadana : *Regio ob admirandam amœnitatem, incredibilem rerum omnium copiam, gratam deliciarum varietatem, ſtupendam ingeniorum excellentiam, cum primis Italiæ cenſenda. Colles hic vite, ficu, olea aliisque arboribus gravidi : Campi tritico, hordeo fabâ, ceterisque frugibus veſtiti : Vrbes lautæ, & arte nuturaque munitæ egregiè: Opida pagique populo frequentes.*

Ciſpadana qualitas.

Muti-

Mutinæ Ducatus. *Mutinæ Ducatus* Pontificis ditionibus primò cis Padum ſuccedit, continetque, præter Mutinam & Rhegium Lepidi civitates, Carpenſe Dominium Fugnanum, & Caſernianæ vallis bonam partem: à Septentrione ſunt Mantuæ & Mirandulæ territoria, ab oriente Eccleſiaſticum Dominium prope Scultennam, ab occidente Ducatus Parmenſis, atque à Meridie, cum ultra Apenninum extendatur M. Etruriæ Dux & Lucenſes. *Dux* ejus eſt ex Gente Ateſtina nobiliſſima, non modò in Italia illuſtris à multis ſeculis; ſed & nobiles familias in Germania propagavit; Brunſwicenſem & Luneburgenſem, Badenſem, atque alias; connubiisque vincta fuit cum ſummis Principibus; Imperii Germanici Vaſallus eſt, nomine Regii Lepidi, Carporum; Frignani, Grafinianæ & Comitatus *Rolenſis.*

Ducis nobilitas.

Modena. Princeps Civitas eſt *Mutina* ad viam Æmiliam ſita in exigua inſula quam Formigo torrens, eam alluens, format, olim alio loco propius ad Apenninos ſtetit; ut apparet ex veterum ibi ædificiorum veſtigiis; Lauta & ſplendida, ſed non ingens, incolis tamen frequens, quo & facit Ducis Aula, quam in urbe habet & inhabitat magnificam. Epiſcopatus

patus floret dignitate, & Academiam habet non Ignobilem in qua Azo scribit *se Iuris arcana reseraſſe* l. un. C. de ſtud. lib. art. Rom. Fores Eccleſiæ Cathedralis admirandæ ſunt, cum ob alia, tum ob inſignes Adami & Evæ ex marmore ſtatuas. incolæ dicuntur ingenioſi, & promti conſiliis, & poſt offenſionem facile reconciliabiles: atque in accipiendis curandisque hoſpitibus prolixi: Mira agri eſt fertilitas ab frugibus, tritico, faba, & aliis, vinoque optimo, quod *Tribianum* dicitur.

Mutinâ meridiem verſus & Apenninum non procul ſpectantur, Formignie, Spezzano & *Saxolum* Caſtellum nobilitate magna fulgens, Palatiumque oſtentans regio cultu & ornamentis, à Piis ibi dominantibus conſtructum: Quingentis ab hoc paſſibus in læva Seciæ amnis ripa Fanum eſt D. Mariæ *Saxatinæ* religione & miraculis celeberrimum. *Saſſuo-lo.*

Hinc ad fontes *Scultenæ* & *Panari* prope Fines Bononienſium ſpectantur Caſtella, Frignano, Fanano, Seſtola & *Aquarium* medicatis aquis notum, & *Inferius* ad Panarum *Vignola* nobile opidum Marchionatus titulo inſignitum: item Spilibertum, olim *Spinum Lambertiberto.* *Aqua-ria Vignola.*

opi-

opidum non ignobile ad Rangones pertinens, unà cum *Castro vitrio* vicino : ultra Panarum in Bononiensi ditione spectantur hinc, Plumarium, Bazanum & Crispillanum pagi amœni situ & collibus jucundis.

Nonantula. Hinc ultra Æmiliam viam occurrit *Nonantula* ubi antiquum & nobile Cœnobium ab Anselmo Astulphi, Longobardorum Regis, cognato constructum, qui Dux exercitus, seculo valedixit & 1100. monachis hîc jura dedit anno 1280. deinde ab Comitissa *Mathilde* instauratum & regiè dotatum ita ut in Hispanias usque jurisdictiones eis pateant: ejusque *Mathildis* hîc *Breviarium* servatur : Inde inferius *Finalium* Castellum juxta Panarum in insula à Mutinensibus anno 1213. conditum. Hinc verò versus occidentem *S. Felicis* opidum se offert munitissimum & varia fortunâ usum.

Finale

S. Felice.

Com. Mirandulæ & Concordiæ. Ab hoc Septentrionem versus est principatus *Mirandulæ* & *Concordiæ* Comitatus, quorum Dominus est Gener Ducis Mutinæ Picus, qui Principatum hunc fiduciario jure ab Imperatore tenet. & quidem Mirandula lautum honestumque opidulum est, cujus ager amœnus & frumenti vinique supra modum

dum

dum fertilis: Incolæ, humani, venusti, liberales, & tractandis armis strenui.

Hinc sursum ultra Seciam amnem offert se *Carpi* nobile opidum, cujus Principatum diu habuit Pia gens nobilissima: hodie sub Mutinæ Duce est, Episcopali sede nobilis & Imperii civitas est, iis fulta rebus, quæ nobili conveniunt urbi, sive populi numerum, aut civium excellentiam, sive mercaturam, aliarumq; rerum abundantiam spectes. *Carpi.*

Haud procul inde *Corregium* spectatur honestum opidum, & civitas Imperialis, populo multo, agro uberrimo & moribus civium insignis & pervenusta. Imperium ejus apud Corregiam gentem, cui forte ab urbe nomen. *Corregio.*

Hinc versus Æmiliam *S. Martini* pagus Atestinorum locus, & in ipsa Æmiliâ inter Regium & Mutinam *Herberia* vulgo *Ruberia* se offert, opidum satis munitum à Bojardis, vel ut alii volunt, ab Rubriis Parmensibus conditum, haud procul inde versus Apenninos *Scandianum* occurrit, opidum non indignum Marchionatus titulo, quo insigne est: illustravit illud Mathæus Maria Bojardus opidi Dynasta, & civis Regiensis. prope sequuntur Turricella: Casale Magnum Dinantianum. *S Martino.* *Rubiera.* *Scandiano.*

Et

Regio. Et ulterius in via Æmilia *Regium* Lepidi, ripæ Cruſtuli lævæ adpoſitum, ubi Forum Lepidi quondam fuiſſe notat Feſtus: urbs eſt lauta, nobilis, frequens, loco pulchro, amœno planèque regio ſita, unde & ei quorundam judicio nomen. Epiſcopatus floret dignitate, ac multa nobilitate, familiisque, qui multis terris & pagis imperant: Templum *S. Proſperi*, olim Antiſtitis, ejus, opulentum eſt, & ornatum pulcherrimis multorum picturis: Famam urbs habet à calcaribus, quæ hîc fiunt venuſtiſſimè; item ab aliis quæ ex oſſibus confiunt rebus politè. Ager ejus perquam uber tritico, faba, hordeo, ceterisque frugibus, vino item albo & helvolo abundans: colles urbi imminentes quam plurimis opidis & frequentibus Domiciliis, florent.

Lignatre Caſtelli. Inferius paulum ab urbe verſus occidentem conſpiciuntur 4. *Colles* contigui, in quibus totidem opida ab Mathilde Comite fundata ſcil. C. Vetro, Bibianello, Monte Lucio, & M. Zani:

Canoſſa omnia ſub ditione Comitum *Canoſſæ*; quod opidum Comitatus titulo clarum, altius paululum verſus Apenninos ſpectatur egregiè munitum. cui prope adjacet.

Roſſe-

Rossena opidum quoque Comitatus dignitate nobile ; & dein altius *Preda*pidum Marchionatus titulo insignitum: Ulterius multum in Apenninis est *Graffiniana vallis* ultra citraque Serchium amnem, vicis castellisque haut infrequentibus nitens : & inferius in amnis dextra *Castellum* Grafinianum *Novum* pernobile ac opulentum, & negociaoribus frequens : Natio hîc Martia, audax, & bello assuefacta indomitaque : Atestinis Principibus devota.

Rossena
La Preda.
Val di Carfagnana.
C. Nuovo.

Rursus redeunti in viam Æmiliam & Rhegio Parmam tendenti in ipsis finibus Regii & Parmæ occurrit *Lentia* amnis, cui *Pons* longus lateritius à Mathilde Comitissa instructus quo via Æmilia continuatur. Superius à Ponte, juxta Lentiam, est *Monticulus* opidum in pla nitie situm, cui in adversa ripa læva objacet *Ceritus* laurum opidum : Inferius à Ponte *Tanetum* se offert antiquum opidum in quo Plinius hominem repertum scribit 120. annos natum : Eversum fuit ab Cæse Langbardorum Rege: Restauratum nunc vici speciem induit. inferius hinc juxta Lentiam & prope Padum *Brixillum* occurrit Estensium Ducum Arx non pauci momenti. Fuit olim urbs, à Langbardis destructa : &

Pons Lentiae.
Monte chio.
M. Chiarugolo
Taneto
Brissel lo.

juxta

juxta eam Albuinus Rex Longobardorum, Totilam Gothorum Regem interfecit, Italiæque imperium adeptus est.

Novellara. Hinc orientem versus *Novilaria* conspicitur Dominio in aliquot pagos (Bellaere, Imperiale, Vittoria & alios) circumjacentes nobile opidum: Ducatus olim Mantuani territorium.

Ducatus Mantuanus cis Padum. Hinc enim Septentrionem versus Mantuæ *Ducatus* extenditur *cis & ultra Padum* fl. circumvallaturque à Venetorum Dominio & Cremonensi territorio: Dux ejus ex Gonzagarum Italiæ vetustissima & nobilissima familia: Atque in præstantissimis Italiæ ditionibus censeri posset Mantuana, ni in multas partes dissepărata esset. Cessit enim minoribus natu illius familiæ Sabloneta, Gunstella, Novellaria, S. Martini fanum, Bercolum, Guassadum aliis cum opidis & Castellis, qui se Cæsaris Vasallos dicunt, neque Ducem superiorem agnoscunt.

Gunstella. Ceterùm *Gunstella* Principatus Gonzagæ domus ad Crustum fl. cis Padum sita est; cui loco, ut nulla re, indigeret, quæ nobile ingenuumque decet opidum, Ferdinandus Gonzaga II. largè prospexit; estque nobile duobus Conciliis, sub Urbano II. & Paschale II. PP. MM. celebratis: *Dosolum Castellum* ultra Padum sub se habet.

C. Dozolo.

Hinc

Hinc orientem versus *Regiolum* est Castellum non magnum Comitum à Sessa, sed Imperiale feudum. Tum inferius versus septentrionem pagus *Gonzaga*, familiæ fortè origo, ubi splendidissima *Gonzagarum*, Principum Mantuanorum est villa; superbumque Palatium. *Raggiolo.* *Gonzaga.*

Inde versus Padum *Luzaria* & Suzaria; & amplum nobile & opulentum Cœnobium *D. Benedicti Podolironi*, à Bonifacio, Mathildis Comitis avo, primò conditum, qui Mantuæ Marchio & Canossæ Comes fuit. deinde ab ipsa Mathilde egregiè auctum ita ut ædificiorum pulchritudine & magnificentia, inter Italiæ celeberrima sibi locum vendicet: Agri ejus circuitus longè admodum latèque patet in planitie, non redditibus modò sed & plurimis ditionibus (inter quæ *Quistello* ad Seciam vicinum fl.) insigne: tot enim subjacent agri, quot 3802. *paria boum* invertere possint, quorum magna pars aggere circumsepta; anno 1565. ut Padi alluvionibus prospiceretur, impensis Patrum 27000. ducatorum aureorum. Comitissæ Mathildis Palatium olim fuit Cœnobii illa pars, in qua inferius ligna, superius frumenta asservantur: obiitque anno 1116. nono Kal. Augusti & sita hîc est in marmoreo *Luzara.* *S Benedetto Ab.* *Quistello.*

moreo sepulchro excelsoque loco: cui imposita effigies ejus, equam, virili more, conscensa, rubeoque induta habitu oblongo, gravi & ornato, Punicum malum dextrâ continens, cum hoc epitaphio:

Stirpe, opibus, forma, gestis & nomine quondam.
Inclyta Mathildis, hic jacet altra tenens:

Hinc porrò ultra Seciam fl. in Padi ripa recens opidum *Roverum* occurrit, laurum & elegans, cui in ulteriore ripa objacet *Hostilia* munito loco, & rursum in citeriore ripa inferius *Sermium* Castellum & alia. hæc de locis Mantuanis cis Padum.

Rover. *Ostiglia* *Sermido*

Vltra Padum in ejus ripa proximè occurrit *Sera-Vallis* Arx munita ab Mantuanis anno 1220. condita, celebris armorum militarium officina; cui prope adjacet *Hostilia*, opidum frequens & opulentum Arce, fossis, mœnibus, paludibus egregiè munitum: inde, non procul ostio Mincii *Sacetta* Caprianorum opidum: & altius paulò *Governolum*, ditionis PP. Cænobii D. Benedicti. Hinc inter Mincium & Tartarum fluvios multa sunt loca, & quidem in læva Tartari ripa *Turris Culicum*, infraquam dividitur, in duo cornua quorum unum

Duc. ultra Padũ. *Serravallo Ostiglia.* *Sachetta.* *Governolo.* *Torre delle zinzale,*

tendit ad Pontem Molinum, alterum ad *Turrim mediam* in ſtagno poſitam: infra verò Molinum, Caſtillo D. Michaëlis, opidum munitum. *Tor di mezzo*

Altius ad Mincium fl. Palus eſt quam Mincius ipſe, ex Banaco Lacu egreſſus, formar, in cujus medio ferè *Mantua* ſtructa eſt, Ducatus caput & ſede Ducis ac Epiſcopali nobiliſſima civitas: antiquitate cum quavis Italiæ urbium certans, uti quæ non ante Romam tantùm; ſed etiam ante Trojæ excidium & Chriſti nativitatem annis 1183. condita fuit, ab Ocno Bianoro, Tiberini Thuſci Regis & Mantûs Thebanæ filio, qui eam à nomine matris ſuæ *Mantuam* appellavit. Ceterùm urbs eſt ſitu munitiſſima, ad quam non niſi Pontibus longis & admodum eximiis acceſſus datur. Ampla eſt & magnificè publicis privatisque ædificiis ornata, rectis ac ſpatioſis *plateis* admodum venuſta: Templisque, *Porticibus* ac *Palatiis* ſumptuoſa. *Mantua Manſtrucła eſt, Ducatus caput & ſede Ducis ſtova.*

Templum Cathedrale ſive, Majus pulcherrimum eſt & conſpicuum ingenio Julii Romani ſummi Architecti; In Templo S. Andreæ nitidiſſimo ſanguis eſt Domini noſtri miraculoſus, & Longini Martyris oſſa: atque effigies

ſepulchrumque Mantinæ famoſiſſimi pictoris cum duobus filiis, & epitaphio.

Forum habet ſatis amplum & in eo Horologium ſummi artificii: item *Arcem* munitam: In *Curiâ*, quæ ſplendidiſſima, locus eſt qui *la Grotta* vulgo, rebus pretioſiſſimis, multisque antiquitatum monimentis refertus: Videre ibi eſt duos Cupidines excellentis operis: Cornu inſigne Monocerotis: precii magni gemmas, Vaſaque aurea & argentea innumera: Cererûm Lacus, quo urbs cingitur, circuitus eſt paſſuum 20000. & latitudo ejus major miliarium duorum: Civitas ipſa patet 8. Portis & ambit milliaria 4. alirque perſonas 50000. Incolæ ad literas, arma, mercaturam apti, promtique: Concilium hic habuêre Nicolaus II. & Pius II. Pontifices, ortu ſuperbit Virgilii Poëtarum Principis: qui natus tamen in vico *Andis* hodie *Petola*, altero ab urbe lapide juxta Mincium fl. poſita. *Pitole.*

Nec procul inde ad lacum eſt *Te* villa ſuburbana celeberrima ab Frederico I. Duce ſtructa ornatiſſimè; præter vineas enim & Hortos cultiſſimos, Prætorium continet amplum, Picturis, incruſtationibus aliisq; ornamentis ſplendidum: amplo verò inprimis Atrio con- *Il The.*

came-

camerato admirandum ; in cujus cælo Jovis & Deorum adversus Gigantes prælia figuris colossеis depicta, omniaque eo modo structa, ut loquentis submissè verba, in opposito Atrii angulo exaudiat attendens: in medio verò atrio stantes nihil percipiant.

Hinc occidentem versus, secundum Lacum, in colle occurrit Templum *D. Virginis* gratiis plenum, in quo sepulchrum cum epitaphio honorifico, Balthasaris Castillionii viri summi & eruditi. *S. Maria delle Grazie.*

Septentrionem versus ab urbe quinto lapide Con-Villa *Marmiroli* ab eodem Frederico I. sumtuosissimè structa: Palatium ibi verè Regium, dignumque & capax Magni Regis Hospitium: Exornatur mirificè pluribus, mira arte ductis, fontibus, & Hortis peramœnis, qui viis nitidissimis & fructiferis omnis generis arboribus egregiè distincti: Taceo Lucos & silvas opacas, Piscinasque piscibus optimis abundantes, & alia plurima. *Marmiruolo.*

Non procul abest ad Molinellam fl. *Castellum Mantuanum* & inferius in utraque ejus ripa juxta *Castella* 2. Tum in dextra Mincii ripa *Gortum* amænè ornatum opidum, juxta quod insula S. Martini, altius in finibus Veronæ se offert *Castig. Mantuano. Lidue Castilli Gorto.*

Valeggio. *Vallecium* opidum, ubi Pons longus amnis ripas jungit. Hinc intus ad lævam,

Gazoldo. *Burgetto, Volta Capriana Medoli*; & inferius *Gazolium* ubi Regia cernitur habitatio, Principis usui, maximo pulcherrimoque artificio constructa. Hinc inferius sunt *Mariana*, *Rondolescum* & *Macheria*, & ultra Ollium inque ripa ejus

S Martino del Argine læva: *S. Martini* Fanum, ubi non Gonzagæ tantùm familiæ, sed Purpuratorum quoque Patrum, lumen Scipio requiescit: prope adjacet *Bezzolum* opi-

Bezzolo. dum percelebre: & altius ad confluen-

Canetolo rem Ollio Navilium *Canedum*, unde Canedolorum nobilis Bononiæ gens: inde, ultra Clisium, Aqua Nigra: & inferius, prope introitum, in Padum, Ollii

T d'Oglio. fluminis, *Turris Ollii*: & inferius in ripa Padi *Burgum forte* opidum ab Mantuanis ædificatum anno 1113. ab quo Mantuam versus prope Duces amplum vivarium conclusereferis dicarum, & re-

Borgo forte.

Seraglio Sabionetacreationibus Ducum: Rursus hinc ad fines Cremonenses *Sabulonetæ*, se offert civitas Imperialis, pereleganti Architecturæ artificio fabricata; Ducisque Vespasiani jussu undique depicta: Ulterius in ripa Padi, quò Parmensem alluit terram, *Viadana* occurrit, cujus territorium

Viadana. amplum nobilitate frequens, 24000.

agros

agros continet, unà cum Pomponesco Castro, pulcherrima arte communito. Hæc de nobilissimo Mantuæ Ducatu, cujus ager tam Cis-quam Trans-Padanus optimus, campos amplectens latissimos, tritici aliarumque frugum vinique nobilis copiâ beatos ac nitidè cultos: fluvios item piscibus abundantes, & navigationi oportunos. *Ager Mantuanus optimus.*

Sequitur *Parmæ* Ducatus & Placentiæ Pado flumine ab Cremonæ & Mediolanensi ditionibus distinctus, Lentia amne ab Rhegiensi: Apenninis ab Genuensibus, & Bardinosa amne à Ticinensibus: Regiones omnium rerum fertilissimæ, & amœnissimæ. Dux earum est ex Farnesia gente, Princeps summæ probitatis, sedis Romanæ vasallus, uti qui Ducatus hoc jure fiduciario à Pontifice tenet ea conditione ut quotannis Ecclesiæ triburum pendat 10000. scuratorum. Obtendunt tamen Hispani Mediolanensis juris esse Placentiam, eique cessuram deficiente Farnesiorum stirpe. *Parmæ Ducatus.*

Princeps civitas est *Parma*, sita in via Æmilia ad flumen ejusdem nominis, quod suburbia ad occasum vergentia, separat ab urbe; quæ tamen rursus egregiis Pontibus flumini instructis, connectuntur: Conditam primò putant, ab Chryso *Parmæ civ.*

Parma Trojano, Pallantis Comite, & ab eo *Chrysopolin* audiisse. Situs ejus est admodum planus & salubris, eamque neque hyems neque æstas adfligit: ædificiis est splendida, plateis ornata rectis largisque: incolarum nobilitate civiumque frequentia & opulentia illustris. Castrum habet munitissimum: Principumque & illustrium familiarum *Palatia* non pauca: ac Farnesium novum & Regium Palarium, habens hortum sive viridarium aquis uberrimis & arboribus ingeniosa manu consitum: in Foro amplo Fons conspicitur pulcherrimus: & *Templum* pulcherrimum ad imitationem S. Petri Romani exstructum: Turrisque persimilis Bononiensis: Campana juxta Pontem fluminis spectatur tribus imposita columnis, & magnitudine admiranda, de qua fabulæ à Parmensibus tibi enarrabuntur. *Est & ædes D. Ioannis* præstantissima, ubi Benedictini PP. degunt: Ecclesia *Steccata* præcellenti quodam ordine, architectura ac figurarum venustate insignis, omnium oculos in se convertit: nullumque in hac urbe Templum spectatur, quod egregii hîc pictores & laudatissimi plastæ ornarius non reddiderint. Ceterùm Episcopatus gaudet titulo floretque *Academia*, ab Duce *Rayn-*

Palatia.

Templum

Academia.

nutio

nutio erectâ; & Ducis sui præsentiâ; cum enim Duces hîc resideant, urbem majestate sua illustrant. In æde PP. Capuccinorum magnificum exstat sepulchrum Ducis *Alexandri Farnesii*, Italiæ Achillis & Belgii olim Gubernatoris, & Mariæ Lusitanæ conjugis ejus: Incolæ hîc vetusti, nobiles, Martii, animosi, genio ingenioque præstantes, & plurimæ familiæ ab Romanis originem trahunt: Varios hæc urbs habuit Regulos: Atestinos, Scaligeros, Corrigios: Vice-Comites Galeatios, Sfortias, Gallos denique: quibuscum sæpe de ejus dominatu certavit Pont. Max. qui ope & auxilio Caroli V. Imp. Gallis totâ Italia pulsis, rerum solus deinceps in urbe est potitus: eamque Farnesio concessit; ut suprà diximus.

Ager suburbicarius amœnus est & multis rivis irriguus: frugum, vinique optimi ac olei, lactis & casei præstantissimi copiâ ubique terrarum celebris; fructuum quoque omnis generis ferax.

Haud procul urbe *Amphitheatrum* fuit, uti Agathias refert lib. 1. belli Goth. & inferius ad fl. Parmam occurrit *Colurnum* opidum satis laurum & elegans: Tum prope Tari ostium & Padum Turricula & *Arx alba* & Regaciola: ac inferius

Colorno

R. Bian ca.

P. Tarro. ferius *Pons Tari* viam Æmiliam contiⁿ-
C. Guelfo. nuat, versus *Castellum Guelfum*, à con-
ditoribus Guelfis nominatum: uti *Gi-*
Gibello *bellum* à Gibellinis ad hujus æmulatio-
nem exstructum in ripa Padi, prope
Longenæ torrentis ostium: infra Guel-
S. Secundi. fum in dextra Tari ripa, *S. Secundi* Ca-
Naceto stellum est cum Arce valida: supra *Na-*
R. Lanzone. *cetum*: Tum superius Mons *Lanzonis*,
& Varanum Malagrorum.

Altius inde juxta Tarum sequitur
Princi- *Principatus Laudi* sub Dominio Ducis
patus Parmæ, & in eo *Burgus*, opidum valdè
Laudi. munitum, in ripâ Tari, à Duce, ædifica-
Borgo tum, & 300. familiis habitatum. ager ejus
di val castaneârum feracissimus, adeò ut quan-
di Taro doque modiorum 100000. & ad minus
50000. producat: ambitur montibus
Apenninis, collibusque cingitur utcun-
que amœnis: jurisdictionemque exercet
Ponte in 23. loca: cinguntque Burgum, *Pon-*
le Val *tremolus*, & *Vallis Mosella*. Arx inexpug-
di Mo- nabilis: item *Bardus* & *Campianus* pa-
zola. gus non procul ab Tari fonte situs.
Dom. Rursus hinc descendenti in viam Æ-
Pala- *vicinũ* milliam offert se *dominium Palavicinum*,
Borgo & in eo *Burgus S. Donini* juxta Viam
S. Do- Æmiliam structus, & Arce nova muni-
nino. tus, in magna & opima planicie: civita-
tis & Episcopatus dignitatem adeptus,
peren-

petente id Raynutio Duce. Inferius in planitie & prope dextram Seſtroni fl. ripam *Soranea* conſpicitur, opidum Marchionarus titulo nobile: & ad Longeganam rivum inferius *Buſſetum Givellum*: ſupra verò Burgum S. Donini & viam Æmiliam prope Seſtronum fl. *Sepionum Salſum*, ab aquæ ſalſæ fontibus dictum.

Soragna. *Buſſeto* *Scipione Salſo.*

Rurſus in via Æmilia *Fidentia* antiquũ opidum in quo Abbatia illuſtris, cujus Abbas olim Pet. Anton. Biragus animo Regio hîc Franciſcum I. Carolum V. & Paulum III. hoſpitio excepit. inferius ad Lardam amnem *Curia Major* ſe offert opidum illuſtre Palavicinorum, uti & *Monticellium* in ripa Padi poſitum.

Fiorenzula. *Corte maggiore.* *Monticella.*

Supra viam Æmiliam in ripâ lævâ Lardæ fl. & ditione *Placentina* Caſtrum Arquatum conſpicitur in primis Apennini collibus, optimi vini, feracibus, unde 1000. paſſibus *Lucanianum* jacet vicus amœnus.

Duc. Placentia C. Arquato *Lugagnano.*

Porrò Fidentiâ ubi Pontem Lardæ, triumque ſequentium rivorum Pontes tranſieris, Pontinurum ſe offert opidum à Ponte, qui *Nuro* flumini vicino impoſitus, nomen habens ad quem fl. altius in Apenninis *Vallis Nura*, & in ea Berola opidum conſpicitur.

P Nuro. *Val di Nuro.*

Piacen tia. A Ponte Nuræ in via Æmilia *Placentia* occurrit vetusta & nobilis civitas 500. annis ante Romam condita, à Placentulo Trojano, unde & nomen servare putant, veteremque nobilitatem ipso nomine: aliis tamen magis placet à placendo vocatam, ob loci amœnitatem, pulchritudinem copiamque rerum omnium admirabilem: Sita enim est prope Padum loco peramœno, agrorum bonitate, civiumque claritate superbiens. Muri novi sunt, propugnacula ampla, munitiones insignes, & Arx munitissima à Petro Aloysio Farnesio Duce cœpta, & ab Carolo V. Imp. absoluta, commodoque loco posita, ut cuivis ex Italis conferri possit: Fons in urbe vetustus & sciriissimus ab Augusto Cæsare nomen habens: Inter plateas Farnesia principis est loci.

Templa habet magnifica inter quæ præstantissimum D. Mariæ virgini in Campo dedicatum: visu verò dignissimum & admirandum Novum illud Monasterium S. Augustini à Philippo II. Hispaniarum Rege exstructum, quo Canonici Regulares utuntur: Extolluntur & Sacra Ædes ac Monasterium *S. Sixti*: *S. Antoni* Martiis: atque augusta *S. Joannis* Ecclesia, cum Cœnobio Prædicatorum &c.

Epis-

Episcopatus quoque gaudet titulo, Gymnasiumque habet omnium disciplinarum, nullâque re nisi dignitate Parmæ inferior est. Circuitus ejus unà cum fossis 5000. passuum, sine iis 4000. Claros viros multos produxit, antiquioris notæ, Tincam, hominem facetissimum, cujus, in Bruto, meminit Cicero; item L. Calp. Pisonem, C. Jul. Cæsaris socerum: recentioris, Gregorium X. Pont. Raph. Fulgosium Iurisconsultum & alios: Aëre fruitur benigno & saluberrimo de quo Plinius refert suo tempore repertum fuisse qui 120. annum compleverat; & in agris ejus 6. qui 110. quatuor qui 120. & unum qui 140. annos nati erant: uti & in urbe Parma 2 reperti qui 123. annos vixerant. Pulcherrimum fuit extra urbem Amphitheatrum, quod bello Otthoniano (ut Tacitus refert) conflagravit; nec procul ab urbe fuit *Vicus* Vias Emporium, ut patet ex Livio lib. 21. Ager ejus vini, olei, frumenti omnisque generis fructuum fertilissimus est propter copiam aquarum; Multos enim habet fontes, fluvios, rivulos, pascua irrigantes: Casei, uti & Parmensis atque Laudensis, summa bonitas: sunt & aquæ salsæ fontes ex quibus sal conficitur candidissimum; item

Ager ejus & Aër.

ferri fodinæ, & saltus venatui ferarum commodissimi.

Placentia occasum versus, via Æmilia progredienti, mox *S. Antonii* Fanum occurrit, ubi cernitur celebre illud miraculum quo ipse proprio igne milites combussit, qui parum sui nominis rationem habebant: sequitur prope *Trebiam* amnis, ubi multa Romanorum millia à Carthaginensibus Duce Hannibale cæsi fuêre: Altius à via Æmilia est Vallis Trebia, & mox vallis Prinia: Æmilia verò, ultra Trebiam, Nuretam & *Tidonem* fl. secat, & ultra *S. Ioannis* Fanum in Posthumiam viam, quæ hinc Genuam ducit, finitur; unà cum Ducatu Placentino.

S. Antonio.

Trebia fl.

P. Tidona.

Parmæ & Placentiæ ditionibus, ultra Padum respondent Cremonense & Laudense territoria. cis Padum includitur Ticinensi; quæ omnes ditiones sunt Ducatus *Mediolanensis*, qui Ducatus olim latissimè patuit & omnes ditiones cis Padum Mutinam usque, & trans Padum Veronam usque continuit. hodie adhuc majorem melioremque Lombardiæ partem occupat, tam citra quàm ultra Padum, fineaque habet a Septentrione Helvetiam & Bergamum: ab oriente Brixiam & Mantuam: à Meridie Parmam, Pla-

Ducatus Mediolani

cen-

centiam & Genuam: ab occidente Monteferratum, Pedemontium & Valesiam: complectens has 10. civitates: Mediolanum, Ticinum, Cremonam, Laudum, Derronam, Alexandriam, Comum, Novaram, Bobium & vigevanum: Regio omnis multis fluminibus secatur, variosque habet lacus, solum tritici fœcundissimum, itemque optimi vini, & omnis generis fructuum feracissimum. *Cremona.*

Cremonensis ager (qui Pado & Olio fluminibus & Abdua amne, Mantuæque & Cremæ territoriis includitur) frumenti fertilis est & vini & fructuum: Lino autem inprimis abundat & melle. *Ager Cremonensis*

Civitas ejus uniea *Cremona* nobilissima & pulcherrima antiquum nomen retinens; Pado vicina, ita ut ab inundatione ejus detrimentum subinde patiatur, regione gaudet salubri, protenditurque oblique in longitudinem à meridie ad septentrionem; & in latitudinem ab ortu in occasum, spatio passuum circiter 2500. Portis patet 5. circumdata pro parte mœniis, aggeribus, vallis ac fossis, munita propugnaculo, muris septo, ad ortum: & ad occasum Arce valida & hostibus formidabili. Tam intra quàm extra urbem sunt molendina, quæ descen- *Cremona civ.*

Cremona. cendente ab Euripo publico Cremonellæ aquæductu circumaguntur. Plateas habet latas, ædificia splendida, cum privata, tum publica; Palatiaque plura excelsa, & mirâ fabricandi arte constructa: Forum nobile Capitanei: Piscarium item, & Boum; viridaria item multa & hortos. Turrim verò stupendæ altitudinis, anno 1284. conditam, Europæ mirabilibus concenseri solitam, in cujus summitate stetêre simul Ioannes XXII. Papa, & Sigismundus Imp. unà cum Gabrino Fundulio urbis Regulo, qui postea de se conquestus dicitur, *Quod præclari facinoris occasionem prætermiserat, & Papam cum Imperatore, ex alto non præcipitâsset & sit perpetuum sibi nomen comparâsset.*

Templa. Inter *Templa* Majus est nobilissimum & reditibus ditissimum, relliquiisq; Sanctorum cultissimum. *D. Dominici* quoque ædes ornamentum urbis est, & Monasterium illustre fabrica & picturis artificiosis, nec non bibliothecâ & aliis. S. Sigismundi Templum inter pulchriora Cremonæ numeratur. D. Petri tenent Canonici Regulares Lateranenses in qua asservatur corpus heroissæ D. Mariæ Ægyptiacæ. Sunt & *Hospitalia* in urbe & suburbiis multa egregiis reditibus opi-

ma,

ma, atque in gratiam Funduli Sigismundus Imp. concessit Privilegium ut possit haberi Cremonæ Gymnasium cum eisdem privilegiis, quibus Lutetia & Bononia fruuntur: & Episcopatus quoque dignitate magnifica est; habetque sub se 41. loca, terras, & castra insignia multis nobilibus in feudum concessa, quorum aliqua, ultra Padum, Parmenses sibi vendicarunt. *Cremona.*

Territorium ejus cum sit ubique planum & sine montibus ac silvis, fertilissimum est, & granis abundat, itemque vino, pomis, oleribus, lacticiniis, melle, lino, lana, fœno, lignis, aliisque. *Ager.*

Via quæ Cremonâ *Mantuam* ducit plana est & æqua, nullumque in ea occurrit opidum magnum vel celebre præter *Platinam*, Bartholomæi Platinæ qui vitas Pontificum scripsit, patriam: & magis versus Padum, in regia pænè via Castrum *D. Ioannis.* nec non *Ricardum*, terra pulchra & elegans aspectu. Si Eridani ripas prosequaris. *Ponzonum* Cremonensis familiæ *Castrum* aderit ad sinistram, tum Gasciola & *Casale Majus*, quæ loca licet non generosa admodum vina, eorum tamen magnam copiam producunt. *Piadena.* *C. de Ponzoni* *Casal Maggior.*

Ab Adduæ, Pado supra Cremonam

se

Grotta Picighitone. se miscentis, ostio sursum incedenti Crypta occurrit, & inde *Picelo* nobile opidum cum Arce munitissima cujus, atque adeò opidi auctor, Philippus Maria Vicecomes, Dux Mediolanensis: ubi primò detentus fuit Franciscus I. Ticini ab Imperialibus captus.

Lodi. Ultra Adduam Laudense territorium est; in cujus dextra ripâ *Lauda* civitas se pandit: Veteribus *Laus*, sive *Laus Pompei* dicta à Cn. Pompejo Strabone Cn. Pompei Magni patre, qui urbem restauraſſe existimatur: Atque hæc quamvis Nova vetus nomen retinet; antiqua autem 3000. passuum hinc stetit: Cœterum civitas est Episcopalis perhonesta & dives: rebus, quæ ad vitam necessariæ, abundans, ac præclaris ædificiis spectanda: ambitus murorum 2000 passuum & ultra patet in planitie, forma orbiculari, alitque 12000. hominum: & insuper munita est egregia Arce. Templum habet D. Virgini Coronatæ sacrum, formâ sphærica, pulcherrimum: religione celebre; reditibus & ornamentis opulentum ac splendidum: Aër hic salubris & maximè temperatus, aquæ

Ager. obstrepunt leves & dulces, unde *ager* admodum amœnus & fertilis, tritici, siliginis, milii cæterarumque frugum, vini

vini & aliorum fructuum : campis lætissimis & pratis summè felix est, unde & lactis hîc summa copia, & casei optimi ingentis molis conficiuntur. Hæc de *Lauda* Nova, *Veteris* (quæ ambitu suo 3000 passuum amplectebatur) reliquiæ cernuntur in ripa Silari amnis, tribus ab hac passuum millibus. *Todi Vecchio*

Ab Lauda inferius ubi Mucia amnis ei commiscetur *Castilio* est, terra optima, multisque privilegiis insignita, tum inferius ubi Addua Pado commiscetur, *Castellum Novum* ab ostio fluminis cognominatum se offert, subversum ab Mediolanensibus & Placentinis, restaurarum à Parmensibus in gratiam Cremonensium. *Castigliano.* *C. Nuovo di bocca di Adda.*

Hinc ascendenti, inter Lambrum & Adduam occurrunt Codogno, Miradola, Somaglia, & *Hospitaletta* Abbaria Regularium D. Hieronymi; & altius *Casale Pusterlengum*, à Pusterlis nobilibus Mediolanensibus structum, & inde occidentem versus juxta ripam Lambri lævam, ubi Silarum accipit, *Burghetum* Abbatia opulenta PP. Oliveranorum. à quo iter fit 10000. passuum usque Casam Rossam, in ripa Padi è regione Placentiæ urbis posi- *Hospitaletti.* *Casal Pusterlengo.* *Burghetto.*

tam

tam, unde fluvius ponrone trajicitur.

Cæterùm in oppoſita Burghero Lambri ripa dextra Mons *D. Columbani* conſpicitur, fructuum & vini, inter delicatiora, delicatiſſimi ferax: Altius verò hinc ad Lambretum fl. *S Angeli* Caſtrum hebdomadibus, diei Mercurii, nudinis frequens ſpectabis, & rurſus, in ripa Læva Lambri *Salaranum* opidulum.

Columbano.

S Angelo.

Salarano.

Hinc ex Laudenſi, in *Mediolani territorium* progrederis omnis generis frugum & fructuum: itemque vini feraciſſimum: oryzæ vero hîc tanta creſcit copia ut pænè fidem ſuperet, & quæ merito ubique maximi ſit; & in hoc tractu genere paſſim nomen meruit. Primaria illius civitas, atque omnium aliarum hujus tractus quæ Regi Hiſpaniarum parent eſt *Mediolanum*, Cis-Alpinæ Galliæ urbs maxima, ab Etruſcis condita, auctaque à Gallis adeò ut conditorum gloriam & nomen ipſi conſecuti ſint: & *Altera* olim *Roma*, quà opibus, quà cladibus audierit, quadragies enim obſeſſa, bis ac vicies expugnata, vaſtata, ſpoliataque fuit decoribus atque ornamentis magnificis, quibus à Romanis exculta ſplendidè fuiſſe legitur: cum enim Barbari Romam deleri decrevêrant, atque hâc urbe ſalva eam perpe-

Territorio di Milano.

Milano.

tuam

tuam fore credebant, semper Romano-
rum hîc opera diruerunt.

Sita est inter Ticinum Adduamque fluvios, haud procul Alpibus, peropportuna: natura cæli soliquè temperata, ac inde opibus ac mercatura florens: splendore superbit ædificiorum, Templorum magnitudine: Prætoriorum amplitudine: pulchritudine vicorum; mœnibus, propugnaculis, armamentariis supra modum instructa: Spatium complectitur immensum, ac inter maximas Europæ censetur urbes: Suburbiis enim ejus jam muro, fossis & vallis circumseptis, & in unam urbem, cum antiqua urbe coalitis: ambitus urbis est 10000. passuum: qui tantus murorum ambitus mirabilior, quod paribus fere ab invicem intervallis, portæ 12. & propugnacula vastissima adstructa (quarum sex primas retinent) vastis cum fossis: Vix dici potest quàm plena sit omnium artium opificumque scholis atque officinis, adeò ut vulgari jactetur proverbio: *Chi volesse rassettare Italia, rouinarebbe Milano*: Nobilitate quoque plena est divitiisque: & hæ penes multos sunt: Paucæ admodum familiæ quarum annuus reditus ad 25000. aut 30000. coronatorum ascendunt, sed pæne infinitæ quibus sunt redi-

Situs ejus & elegantia.

Amplitudo.

Commercia & opes

Commoditates

reditus 3000. 4000. aut 5000. coronatorum; incolarum verò numerus eſt ſupra 300000. & nihilominus omnibus, quas humanæ poſſunt deſiderare fauces, delitiis & rebus abundat: Quicquid vis, quodcunque cupis, hîc reperies, adeò ut altero proverbio ferant; *Solo in Milano ſi mangia*: quodlibet quadrivium iis quæ victui conducunt refertum eſt:

Ædes ſacræ. Ingentia & plurima magnifica continet Palatia, Templa 82. quorum Eccleſiæ Collegiatæ 11. Parœciales 71. Monaſteria inſuper virginibus ſacra 36. Monachis 30. Canonicis Regularibus 8. diſciplinarum Scholæ 32. quæ cum aliis aliorum aſcendunt ad numerum 238. Gymnaſia in quibus docentur pueri Religionis Chriſtianæ inſtituta ſunt 120.

T. Cathedrale. Inter ædes ſacras primum facile locum obtinet *Cathedrale* Archiepiſcopi Templum, quod non immerito *Octavum orbis miraculum* vocant, D. Virgini dicatum, & vulgo *il Duomo* vocant, anguſtiſſimum eſt, & non tantùm intus foriſque reſplendet cruſtis, quibus intectum, marmoreis, verùm & artificioſarum ex marmore Pario ſtatuarum incredibili multitudine circumquaque peroratum, ut integros dies ſpectatorem artium

artium ac historiarum varietate detinere possit. Taceo gemina organa vastissima & egregiè ornata : aliaque intus conspicua ornamenta innumera & sumtuosissima. profectò stuporis plenus discedes è templo hoc ; iterum atque iterum respiciens ornatissimam, & mole ipsa terribilem ædem : situs ejus in umbilico urbis spectabilis, spatiosam à fronte aream ostentans : Olim Compitum puerorum ludis proprium.

Proxima sunt, inde *Archiepiscopi* splendidum ; hinc *Gubernatoris* amplum quidem & laxis conclavibus parens ; sed à vetustate malè affectum Palatium : quæ labes plurimas civium domos fœdat, ita ut hæc civitas, (quamvis cæteras Italiæ urbes amplitudine & numero populi vincat) pulchritudine tamen privatorum ædificiorum vincatur à multis: Publica excipio, & præsertim Templa, quæ cum quibusvis certare queant. *Pal. Archiep.*

Excipio item *Thomæ Marini* superbum *Palatium* cui Templum *PP. Soc. Jesu*, titulo *S. Fidelis* adjacet elegantissima nec vulgari ratione constructum, frontispicii ornamentis maximè præstans. *PP. Soc. Jesu*

Templum sequitur *S. Mariæ* ad *Scalam*, à Beatrice, Martini Scaligeri filia, *T. S. Mariæ ad Scalam.*

filia, & uxore Barnabæ Vice-Comitis, ruderibus Turrianorum ædium superstructum: Canonicorum Collegio nobile est: Habitant in hac urbis Regione

Monia les de Succurſu. *Moniales de Succurſu*, cujus nominis origo ante annos circiter 70 ab Isabella Hiſpana Regii generis Virgine cœpit, quæ ſupra vitæ ſanctitatem eâ de rebus divinis dicendi facundiâ pollebat, ut Pontifex ei gratiam fecerit in Templis ad populum publicas habendi concio-nes.

S Ste-phad Ropam Templum *S. Stephani* ad Rotam cognominatum fuit ab illuſtri miraculo, quo ibi ſanguis fidelium ab infidelium ſecretus rotæque inſtar coagulatus per urbem fluxit in hoc Templum, ab eo loco quo hodie *D. Nazarii* ad Petram Sanctam Templum ſpectatur. ubi conflictus Catholicorum cum Arrianis & cruenta victoria fuit. Templum *S. Baby-*

T. S. Babilæ *læ* Martyris & Epiſcopi Antiocheni, olim Soli ſacrum fuit Leonis ſimulacrum quod contra hanc ædem erectum, monumentum dicitur victoriæ Mediolanenſium ab Venetis victis reportatæ.

P. Ori-entalis Prope eſt *Porta orientalis*, & ſuburbia inde ampla munita & Templis aliquot

T. S. Diony ſii: ſpectanda, & quidem imo ſuburbii *S. Dionyſii Templum* Epiſcopi Mediolanenſis,

sis, cui *D. Ambrosius* succesſit, quo loco priſcis temporibus pernitioſus Draco fuit, qui peſsimè urbem affecit, & tandem necatus fuit ab Umberto Anglerio, qui dehinc *Vice-Comes* dictus fuit. Interius adjacet ejuſdem nominis Xenodochium cui reſpondet extra muros alterum *D. Gregorio* dicatum, loci ſpatio & cubiculorum ordine undique perviam auram admittentium; tum & periſtyliorum hypæthrarumque ambulationum commoditate multas opulentorum civium ædes exſuperans: in quadro loco 1800. ambit cubitos, & viva cingitur aqua: innumera continet cubicula, & unumquodque neceſſariis eſt communitum rebus: eſtque diverſorium peſte afſectorum. *& Xenodochium. Xen. D. Gregorii.*

Portæ orientali proximè ſuccedit *Nova*, prope quam *S. Bartholomæi* & *S. Marci* ædes: quarum hæc anno 1254. publicis Impenſis ex voto erecta, cum exinde diuturna peſtilentia conquieviſſet: *P. Nova. T. S. Marci*

Sequitur *Porta Beatricis* & poſt hanc *Comenſis*, in cujus ſuburbiis Templum *Carmelitarum* & in eo S. Simeonis imago: D. Lucæ opus: item *T. S. Simpliciani* Archiepiſcopi Mediolanenſis viri doctiſsimi; & *D. Mariæ Incoronatæ*, in cujus *T. Carmelit. T. S. Mariæ Incoronatæ.*

cujus prospectu statuæ singulari arte conspicuæ, & in his B. Virginis cælum ascendentis excellit anaglyphum.

Hinc ad orientalem Portam redeo, extra quam meridiem versus ampla quoque suburbia ædificiis sacris ac profanis frequentia. & quidem inter sacra Primum *Passionis Templum* & Cœnobium Canonicorum Regularium Lateranensium: & *Petri Giessati* ad hodiernæ architectonicæ regulas magnificè instauratum: Hinc prætérita *Tonsa* Porta, hortisque, qui extra eam crebri, jam in conspectu *Romanæ* Portæ ob via fit *S. Antonii* ædes: Et à tergo ejus vetustissima alia gypseis atque inauratis laquearibus & Sacellis nitens DD. Apostolis *Paulo & Barnabæ* dedicata. Ultimi prope Pomœrium siti Franciscani PP. ædem *S. Mariæ Pacis* obtinent, in qua Julii Clari Jurisconsulti monumentum. Extra in peristylii pariete, picta insigniter D. Francisci vita conspicitur: Ulterius *D. Rochi Fanum*. Tum *S. Bernardi* Cœnobium Virginum Dominicanæ relligionis: ad quas & loci propinquitate & vitæ similitudine pertinent Virgines in *Monasterio S. Lazari* degentes: his proximæ sunt Franciscanæ quarum Cœnobium templumque *S. Appollonaris* dicitur: Sequi-

T. Passionis.
T. Petri giessati.
T. Tonsa
P. Romana.
T. SS. Pauli & Barnabæ.
Mon. S Bernardi.
Mon. S Lazari T. S. Apollinaris.

quitur ibi *S. Lazari Xenodochium*: & longius versus Portam Ludovicam, splendidum *D. Celsi templum*. Proximum ei D. Mariæ Virg. Fanum, ut ornamentis opibusque, ita religione excellit. *Xen. S. Lazari. T. S. Celsi.*

Hinc in urbem Romanâ Porta eunti mox se ostentat *Xenodochium* amplitudine & opulentia *Magnum*, in quo inopum & infirmorum 4000. nutriuntur: extimus ejus ambitus quadratus, columnatus Porticibus circumseptus, sexcentos in amplitudinem cubitos patens: memorantque reditus ejus annuos minimum 50000. aureorum conficere. *Xenod. Majus*

Sequitur prope *S. Nazarii* Templum, ab ejus D. corpore, quod hîc à Divo Ambrosio repertum & sepultum cognominatum: cum ante *Basilica SS. Apostolorum*, & *Romana* audierit: Non silendum in vicinia *Vice Comitum Palatium*: Neque Sfortiarum alterum, ultrà mediam versus urbem tendentibus obvium, nam binæ hæ familiæ ante Gallorum & Hispanorum imperium Mediolani principem locum diutissimè tenuerunt. *S. Nazarii T. Pal. Vice Comitum. P. Sfortiarũ.*

Celebrata maximè in hac urbis Regione ædes est *S. Ioannis* Euangelistæ in *Concha*, in qua sepulchrum Barnabæ Vice-Comitis, Mediolani Principis in *T. S. Ioannis in Concha.*

TT. S. Satyri & Celsi.

SS. Satyri ac *Celsi* (olim *Iovis*) Templis à Ludovico Mauro Duce exstructis prope divinum Bramantis Urbinatis Architecti, atque pictoris ingenium suis se ostentat operibus.

T. Ludovica T. S. Pauli &c.

Porrò Portam Romanam excipit *Ludovica* extra quam D. Celsi & Deiparæ ædes, supra laudatæ, intra *SS. Pauli & Euphemiæ & Mariæ Magdalenæ* exiguo ab invicem, locorum intervallo distantes.

Porta Ticinen. T. S. Eustorgii.

Sequitur *Porta Ticinensis*, cujus suburbiorum unicum decus Templum *S. Eustorgii* Episcopi, ea amplitudine & pulchritudine, ut mediam urbem exornare queat. ab ipso Eustorgio Trium Regum (quorum ibi corpora quievêre) honori conditum: in hoc ingens & magnificus *D. Petri Martyris* alabstrino ex marmore tumulus: raris insignitus picturis, in quibus fugientes planities sese paulatim absentare, atque in immensos terrarum tractus abire; nec non declives altitudines quasi descendere ars mira facit videri: juxta Cœmeterium *Fons* colitur aquæ limpidæ, quo *D. Barnabas* & post eum Cajus innumeros Christianos lustrâsse traditur: aquâ ejus febres miro modo propulsat atque omnem prorsus abstergit ægritudinem.

D. Petri Martyris sepulchrum.

Fons S. Barnabæ.

Porro Ticinensi Portæ intrinsecus pro-

propinquum est Templum *S. Laurentii*, olim *Herculis*, artificio pretioque inter omnia antiquorum opera præstantissimum: Romani Pantheonis præ se fert imaginem, sed altitudine, latitudine ac ædificii nobilitate antecellit: unum præter antixystum; exstant etiamnum 16. ex albo marmore, striatæ columnæ peraltæ, magnificentissimi operis vestigia: Auctor ejus Maximianus Herculeus Imp. qui in hac urbe patria sua, sumtuosissimum exstruxerat; cum Thermis. *T. S. Laurentii, olim Herculis.*

Juxta hoc templum Placidia Augusta Magni Theodosii filia Sacellum exstruxit *S. Aquilino* ex ordine Canonicorum Regularium, extrinsecus ornatum columnis: intus verò Porphyretica opera, aureaque emblemata summum illi adduut decorem. *Sac. S. Aquilini.*

Hinc longius versus Portam Vercellensem. *S. Ambrosii* Basilica se offert, olim Mediolanensium præcipua, uti in qua Concilia celebrata, & Imperatores Regesque Italiæ ferream Coronam accipere soliti, & quidam etiam sepulti sunt. Certè multum huic Templo nominis splendorisque & juxta opum accessit, ut videre intus est: ubi & columnæ impositus spectatur ipse ille æneus Serpens, qui à Mose Judæis propositus; *T. S. Ambrosii.*

allatus Conſtantinopoli Mediolanum ab Arſago Archiepiſcopo circiter annum 973. Sacra in hoc Templo peragunt viciſſatim Canonici & *PP. Ciſtercienſes*, qui proximum incolunt ampliſſimum & magnificentiſſimum, ſuperbo periſtylio Cœnobium.

Mon. Ciſtercienſiũ.

Ceterùm omne id locorum ſpatium, quod Ambroſiana ædes & *D. Franciſci* propinquum Templum Cœnobiumque complectitur, Philippi Oldani viri nobiliſſimi olim Palatium & Horti occupaverant, qui nunc Cœmeterium *S. Caji*, quia in iis *D. Cajus*, ejus permiſſu, martyres plurimos ſepeliri curavit. Exſtructum quoque in eodem Cœmeterio Templum *D. Valeriæ* ne tot cœlitum fœcunda genitrix absque peculiari Templo deſtitueretur: Uxor enim S. Vitalis, ex ordine Conſulari viri, fuit, & mater, SS. Gervaſii & Protaſii, itemque Diogenis & Aureliani geminorum.

T. S. Franciſci.

T. S. Valeriæ

Hinc propè, ipſis mœnibus adſtructum Xenodochium *S. Vincentii*, & non ita magno inde intervallo alterum, *D. Ambroſii* nomen gerens: cujuſmodi Hoſpitales Domus etiam in aliis urbis regionibus plures ſunt partim jam memoratæ: *Cum enim frequentiſſima populo urbs ſit, oportet humanas neceſſitates, & ipſas*

Xenod. S. Vincentii. Xen. S. Ambroſii.

ipſas crebras, *incidere*, quibus levandis multiplici auxiliorum genere proſpexerunt Mediolanenſes: obſervatumque publico ſumtu ali quotidie pauperum & ægrorum 9000. atque ex his 4000. in uno Xenodochio Majori, cujus ſuprà meminimus.

Poſt hoc Xenodochium ſequitur Templum *S. Hieronymi* multis ornamentis, & præſertim Chriſti ſepulchro, ad Hieroſolymitani ſpeciem formato, ſpectabile. *T. S. Hieronymi.*

Inſula inter hanc ædem & S. Vincentii Xenodochium interjacet, tribus Templis frequentata: proximo *S. Victoris* cognomento *Arſi*: extimo PP. Cappuccinorum: medio S. Martini: Templum S. Victoris & Olivetanorum PP. quod adjacet ædificium, nullis in urbe cedunt architecturæ elegantia & multiplici ornamentorum varietate. *T. S. Victoris Arſi. T. S. Martini T. Olivetanorum*

In hiſce Vercellenſibus ſuburbiis memoranda ſupereſt auguſtiſſima S. Mariæ Gratiarum ædes, ad marginem urbis, ut jam mœnibus clauditur, antea extra muros, conſtituta, exculta ditiſſimis donariis, liberalitate Sfortiarum Ducum, & inprimis Ludovici, cujus uxor Beatrix Ateſtina in hoc Templo humata, quam miro amore & pietate jàm *T. S. Mariæ Gratiarum.*

defunctam, per annum integrum prosecutus fuit.

P. Vercellen. Mas. Majus

Hinc intranti urbem prope Portam Vercellensem offert se Monasterium Majus: Templum egregiæ structuræ DD. Mauritio & Sigismundo Sacrum, ubi olim Jovis ædes stetit. Sequitur interius S. Victoris Templum ad Theatrum, fuit enim hoc loco *Theatrum* Ausonio memoratum; Tum inde ad dextram *S. Sepulchri* ædes, quia in eo Sepulchrum structum, simile Sancto illi quo Servator noster conditus fuit: *S. Georgii* Templum, proximum: quod in *Palatio* nominant, ab *ædibus Trajani* Cæsaris quas hic habuit: traduntque in vicinia steriſſe vetustissimum *Mercurii* templum: *Iani* verò ubi hodie *S. Ioannis Quadrifontis*, Fanum conspicitur. *Vestæ* jam *D. Carpophoro* sacrum est, in qua è veteribus ornamentis supersunt quaternæ columnæ Porphyreticæ & basis, olim Deæ simulacrum, nunc vas lustralis aquæ, sustinens: *Amphitheatrum* fuit ubi nunc *D. Stephani Viridarium* est. Addo & *Hippodromum*, qui occupavit eam urbis partem quam hodie *S. Mariæ Majoris* ædes obtinet: Hunc *Circum maximum* vocabant, ut distinguerent ab alio haut procul distante, qui *Soli sacer*, Solis in aureo

T. S. Victoris ad Theatrum.

T. S. Sepulchri

T. S Georgii in Palatio.

T. S. Ioannis Quadrifontis.

T. S. Carpophori.

D. Stephani viridarium.

T. S. Mariæ majoris

Solio

Solio ſedentis ac reſponſa dantis ſigna habebat : ibidem loci *Tribunal* ſtetit è quo Capitales ſententiæ adverſus Chriſtianos pronunciabantur.

Porrò pulcherrimum *Roſæ* templum mirificè oblectat : Viridarii Templi amplitudo, figurarum Vice-Comitum curâ in *S. Guttardo* pictarum elegantia, turrisque ſublimitas humanum animum in ſtuporem evehunt. *T. Roſæ* *T. S. Guttardi.*

Viſis ſacris ædibus, pergas ad *Armamentarium Palatii*, ubi arma multiplicia precio, artificio & elegantia Principibus magnis quibusque digna ſpectabilis. *Palatii Armamentarium.*

Denique Arcem Regium Portæ Iovіæ *Caſtrum* quo in Europa nullum celebrius, minimè negliges munitiſſimum ſimul & pulcherrimum, non tutatur tantùm, ſed & exornat urbem : Quadratum eſt, niſi quod à fronte & ad angulos immania propugnacula, coctis lapidibus, montium inſtar evecta longius procurrant ; Frontii tegendæ præſtructæ geminæ, ex ingentibus ſaxis ; Turres, quæ parva ferè Caſtella poſſunt appellari. ambiunt univerſam molem latiſſimi aggeres, occultis fornicibus ſuſpenſi: ſuperius, inferius ubique & ampli & anguſti ſunt auxiliarii aditus, & foſſæ ampliſſimæ intus exteriusq; circumductæ. *Caſtellum.*

perennibus aquis ſtagnantes; Intus porrò juſtæ urbis capacitate, vicos, plateas, fora: Palatia, fabrûm omnisque generis mechanicorum artificum tabernas operarias in ſe complectitur; nullius opis indigens externæ; ſed & comeatu, annona omniumque rerum copia bello paceque neceſſariarum abundans: eſt etenim Armamentarium amplum armorum, telorumque omnisque omnis generis copiâ refertum & ordine per propugnacula, muros & caſtella diſpoſitæ tormentorum bellicorum moles & tubi ænei immanes ſpectantur: omniaque à natura & arte ſic facta, ut periti talium cenſeant ex omnibus campeſtribus Europæ Caſtris hoc primum eſſe.

Hæc de Mediolano civitate celeberrima: porrò in agro ejus extra Portam Romanam mox campi occurrunt fertiliſſimi, & in iis celebre ac nobile Clarovallenſium Monaſterium, opulentum ac ſumtuosè ſtructum, in quo dolium ſervatur totius fortè orbis ampliſſimum: Manfredus Archintius Abbatiæ huic lata & ſpatioſa dedit arva, inter quæ *Vinea Pilaſtrelli* ampla fuit, quæ & *Vinea pauperum*, dicitur, cum vinum omne ex eâ collectum pauperibus gratis elargiretur, & in hoc uno dolio aſſervaretur: inſe-

Chiaravalle Abb.

inferius hinc in utraque Lambri ripa *Marignanum* se offert opidum satis amplum & magnificum, aëre salubri ac arvis fertilibus insigne, clarum verò Francisci I. Gallorum, Regis, ante illud, felici prælio ex quo Maximilianus Sfortia Dux libertatem & Principatum perdidit: ab Mediolanensibus anno 1243 muris cinctum fuit, & Marchionatus titulo est decoratum. Septentrionem versum à Mediolano ad fl. Lambrum *Moncia* sive Modoetia jacet, opidum celebre quod Lamber perluit: Auxit admodum, structaque splendida Basilica nobilitavit, Theodoricus I. Gothorum in Italia Rex: insigne quoque est opere Agilulphi Longobardorum Regis, & Reginæ Theodolinæ conjugis ejus, ubi erigentis *S. Ioannis* Baptistæ Templum, maximis locupletatum divitiis eximiisque muneribus mirum in modum auctum. Infiniti valoris sapphiris in eo conservatur; & ornamentum Majoris altaris aureum, margaritis & lapidibus prætiosis admirabile. Fruuntur & Modætienses *Coronâ ferreâ*, qua Imp. Mediolani coronantur pro Regno Italiæ, quãq; Ottho II. Imp. Modoetiæ reliquit: Aurea quippe est, sed ob ferream laminam, eam secantem, *ferrea* dicitur, quam multi

Melignano.

Moncia.

asserunt esse alterum ex clavis, quibus perpendit in cruce Mundi Salvator; Regina Theodolina sumtuosam quoque hîc Regiam condidit, fuitque diu Langobardiæ Regum sedes: Imperator Carolus V. Antonio Levæ Hispano, virtutis ergo, donavit.

Macche. Altius hinc *Somascha* pagus est, amœno, ad Lambrum situ, illustris PP. Clericorum Regularium exordio.

Incino. Inde mox *Veranum* & *Incinum*, ubi parochialis ædes quam *La Pieve di Incino* incolæ vocant. Licini Forum hic fuisse Leander ait, cujus meminit Plinius. Hinc ad dextram eminent Colles Briantini, *Monti di Brianza.* in quibus Troja oriundus *Briantius* urbem quondam posuit nunc solo æquatam, cujus agri, vina optima pariunt, & amœni excultique sunt.

Inferius hinc versus orientem in adduæ ripa spectantur *Tretium* opidum *Trezzo.* validissimum, à Barnaba Vice Comite anno 1370. conditum ubi flumen ponte transitur, unius fornicis, sed miro artificio compacti: est hac parte, opidum hoc, clavis hujus Ducarus. Ulterius me-*Cassia-* ridiem versus, Adduæ Portus *Cassianus* *no.* est, nobilis clade Actiolini famosi Tyranni; Nobilior verò *D. Dionysii* Templo qui Episcopus Mediolanensis, &

exul

exul mortuus in carcere Cappadociæ, corpus ejus patriæ restitutum fuit; quumque huc loci perveniſſet: Ambroſius ejus ſucceſſor comitante clero, & populo obviam proceſſit: quo Somatothecæ oſculum imprimente: ecce ſurgit Dionyſius, loculoque exit redivivus: & cum Ambroſio de Catholicæ Religionis myſteriis loquitur, quo facto eum ſalutat & in loculum moribundus rediit, videntibus & horrentibus omnibus. Quare Ambroſius moveri ex eo loco Somatothecam prohibet, & deſignat Templo fines, ut tantæ rei perpetuum monimentum extaret, quod conſtructum dicatumque D. Dionyſio ad hæc uſqua tempora manſit: nuper quia vetuſtate fatiſcebat, dirutum Caſſanenſes magnificè refecerunt:

Hinc verſus orientem ſpectantur arva *Giara Abduana* & *Caravatium* illuſtre opidum, ubi Ludovicus XII. Galliæ Rex anno 1509. acie cruentiſſima debellavit: ac ulterius inde in Cremonenſi ditione & Ollii ripa *Soncinum* opulentum & frequentiſſimum opidum jacet, in quo pulcherrimæ ex orichalco fiunt Lucernæ; populus verò adeò humanus ut nihil ſupra: infra Caſſanum *Melzi* opidum opulentum. *Giera di Adda.* *Caravaggio* *Soncino.* *Melzi.*

Hæc de Mediolani agro, cui Septentrionem versus adjacet & famulatur *Comensis* ditio, cujus ager ad meridiem peramœnus & fertilis, ab altera parte lacum Larium sive Comensem habet: Civitas ejus est *Comum* Episcopatus florens dignitate, antiqua Romanorum Colonia, Plinii, Cæcilii Poëtæ, Pauli Iovii Patria, urbs hodie parva sed nobilis & opulenta, rebus omnibus adfluens, incolasque habens industrios & diligentes; Murum, quà Mediolanum spectat, uti & Castellum Turris rotundæ struxit Joannes Vice-comes, Archiepiscopus & Princeps Mediolanensis anno 1354. munita quoque ad limites Helvetiorum; Lacus Larii dextro cornu adsidet Cancri specie: duo enim Cornua lacus habet quorum sinistrum Adduam, fluvium emittit: uti olim, sic & hodie amœnus est ac piscosus, fructis abundans optimis: unde Plinius ad Can. lib. 11. epist. 8. *Studes, an piscaris, an venaris? an simul omnia? possunt enim simul omnia fieri ad Larium nostrum: Lacus pisces; silva quibus cingitur, feras; studia altissimus ille secessus affatim suggerit: sunt & nunc ripæ ejus cultæ villis & pagis eleganter. Non invito Neptuno lacum navigio permeabis molli & vitreo æquore stratum: strin-*

Ager Comensis. Como.

Larius nunc lago di Como.

tium piſcem ei peculiarem comedes, & lætiſſima litorum facie delectatus, ad *Plinianam* fontem pervenies, inde quaſi ad lacus finem, & ad Belaſii nobilium Sfondratorum Palatium: Illic Aquilone reluctante ſunt muri pinnati, pomiferæ arbores, vites topiario opere concameratæ, læta naſcentium Alpium juga, ſylvoſi montes, liberior cœli facies, benignæ Naturæ munera, loca continuis úmbris opaca, alia perennem Phœbi ſplendorem ſemper admittentia: Latius peramœnis Mæandris ad Germaniam reflexis, duritiem hiemis ſuaviter frangit: Syriumque æſtatis ardorem temperie mitigat: Interna conclavia Palatii, veſtibula, Porticus, & tota fabrica, digna eſt Principe Heroico: & quaſi aurea quietis beatæ ſedes ad ſummum florentis elegantiæ apicem pervenit. Ceterùm in conſpectu urbis Comi *Villa* eſt peninſulæ modo in ſubjectum circumfuſi Larii pelagus exporrecta, & in profundo vallo ſurgit ædificium, in quo *Pauli Iovii Muſæum* & alia eo pertinentia ſpectantur.

Plinia-na.

Belaſii Pala-tium.

Pauli Iovii villa. & mu ſæum.

Patris ejus Benedicti Jovii elegantis ſcriptoris nobile ſepulchrum, in Majori urbis Templo viſitur, leguntur que ibi antiquorum inſcriptiones, quibus

urbis antiquitas & perpetua in Romanum Imperium fides eluceſcit : Larius autem hic lacus totus amœnus eſt, ripæque ejus ubique plurimis villis, pagis & opidis cultæ & habitatæ ; Siniſtrum ejus Cornu , quod Adduam fluvium emittit, *Lacus leucus* dicitur ab *Leuco* opido validiſſimo in ora ejus ſito ; ſecundum quem incedenti uſque ad Larium, offerunt ſe Abbatia, Mandello : Lierna; Varrena, Bollano, Correno, Prona. &c.

Leucũ Laccó.

Porrò infra Comum verſus Mediolanum in collibus viſitur *Alciatum* opidum, quod Andræas Alciatus Iuriſconſultus ab Alciata Parthaonis Ætoliæ Regis filio dictum indicat : eſtque Patria *Virginii Rufi.*

Alzate.

Hinc occidentem verſus, tranſito Lucano Lacu Helvetii juris, occurrunt lacus aliquot ab opidis ferè conjacentibus nomen mutuantes. uti Gaviratius, ab *Gavira* opido , ei adjacente : incola eſt Majoris ſive Verbani lacus , in quem foſſâ ſe exonerat: uti & Monatius, cujus ripæ adſidet *Mona* opidum item *Trinacius* cum Comabio & Corcinus & *Varranus Lacus* ; ab opidis eis vicinis. *Verbanus* (ſive *Major Lacus* ut hodie vocatur ab longitudine ejus) nomen habere dicitur ab *Verbena* herba ſacra, vel verna

Ghiaira.
Mona.
Terna.
Verrano.
Verbanus lacus.

tem-

temperie quæ circa ripam lacus perpetua, ceu veris novi temporibus ubique comante virenteque solo: Altitudo ejus plerisque locis tam vasta, ut fundo carere videatur; maxima procellarum vi sævit, (ut & Benacus) præsertim ab australi vento agitatus. Pisces generat optimos omnis generis. Convestiunt eum honesta opida, vicique, colles, campi, prata, nemora summæ amœnitatis: Initium ejus ad *Sextium* opidum ubi Ticinus effluit. Hinc in dextra ripa sequitur, tanquam in peninsula situm opidum vetus *Angleria*, sic dictum quod ad glaream Verbani sit positum: Vetus opidum ab Gothis legitur deletum, deinde instauratum non eodem loco, neque prisca amplitudine: situm nunc in amœna planitie, ortuque superbit primo & incunabulis Vice-Comitum Angleriæ, qui magna olim jurisdictione & Principatu conspicui fuerunt. Possidetur nunc à Borromæis Patritiis Mediolanensibus. Succedunt inde summo in cornu *Ispra*: & ultra fossam Gaviratiam *Arolum*, tum post Tressam amnem *Luinum*: & juxta caput Lacus *Magadinum*, cui in adversa lacus ripa respondet *Locarnum* opidum frequens, Novo-comensis ditionis:

Sesto.

Angle-ria.

Arolo.

Luino.

Magadino.

Locarno.

In sinistra lacus Verbani ripa opida

Ditio. Nova-

Nova-rienſis. *Novarienſis* ſunt *ditionis*, quorum primum *Arona* nobile Caſtrum cum Portu
Arona commodo, Arceque inexpugnabili; ſi neceſſariis inſtructa fuerit. Succedunt
Palan-za. inde Burgira & ultra Toſæ oſtium *Palanza* vicus valdè frequens: Item *Canerum* opidum fertilis agri: Poſtque caput
Canero ſaxoſæ rupis Burgus *Canobium*, quod ita
Cano-bia. portubus, turribus, ædificiisque inſtructum, ut civitatis potius formam referat
Briſago quàm pagi: inde *Briſacum* & pagus
Aſco-na. *Aſcona*, cujus priſcam opulentiam frequentiamque magna veterum ædificiorum veſtigia, vaſtæque murorum ruinæ teſtantur; Hinc verſus occidentem ad Atiſonem ſive Toſam fl. deſcendenti
Domo Caſtrum adparet *Domodoſcella*, hone-
d'Oſcel-la. ſtum opidum Arcem, habens munitiſſimam, uti & *Voconia* prope fauces
Vgog-na. vallis Anciaſcæ ſita.

Lago di Orta Inferius ſequitur *Lacus Ortanus*, in Atiſonem ſe exonerans, dicitur & *Divi Iulii*, ab æde in Lacus inſula ſita Divoque Iulio ſacra. Adſident huic lacui Or-
Omeg-na ta, Buſſonum, *Omenia*, opida, & pagi aliquot.

Borgo di Seſia Inferius paulò in *Seſia* amnis ripa læva *Burgum* conſpicitur, & inde *S. Germani* Caſtellum *D. Antonii* ortu nobilitatum: è regione in dextra Ticini ripa *Varalium* con-

conſpicitur; ubi plaſticè ſepulchrum Christi, & alia veneranda ſalutis noſtræ myſteria ſpectantur. *Varalli.*

Hinc inter Seſiam & Ticinum amnes ſuccedit, urbs epiſcopalis, & ſiequens populo ſita in agro Laumellino ſuper colle humili, Arce & propugnaculis munita: Condita fuit ab *Elbio* Trojano Veneris filio unà cum Vercellis, *Novariaque* dicta quaſi *Nova ara* eidem Veneri conſecrata. Diu ſub Ducum Mediolanenſium fuit poteſtate, & tandem cum Mediolano in poteſtatem venit Caroli V. & Regum Hiſpaniæ, ab quibus tenet eam hodie certis Legibus Parmenſium Dux. Ager ejus partim planus & fertilis, partim montoſus & ſterilis. *Novaria.*

Non procul hinc ſurſum ad Seſiæ ripam, *Romanianum* conſpicitur, Victoriâ populi Romani ductu C. Marii, & Q. Catuli de Cimbris relatâ, celebre. Juxta eſt *Camarianum*, ſic dictum quaſi Caſtra Mariana, ut vult Alciatus vel, ut alii, quaſi Arcus Marianus, cujus etiam nunc exſtant veſtigia: *Romag nano.* *Cama riano.*

Inferius cis Ticinum *Vigevanum* occurrit, Civitatis & Epiſcoparus dignitate nobilitatũ anno 1530. ab Clemente VII. in gratiam Franciſci Sfortiæ Ducis Medio- *Vigeva no.*

diolani, cui Imp. Carolus V. in universum Mediolani imperium succeſſit: nominarum ſic putant quaſi *Vicum Veneris*. Civitas eſt lauta rerum omnium copiâ abundans; Mediolanenſium Ducum opus: quibus frequens hîc olim habitatio & venatio animi recreandi cauſâ: in vi-

Sforteſca. cina Villa *Sfortiaca* amœniſſima, à Fratribus Dominicanis Ludovici Sfortiæ Ducis liberalitate poſſeſſâ, de qua ipſe vivens legi voluit in Palatio ibi magnificè exſtructo.

Vilis gleba fui, nunc ſum ditiſſima tellus:
Cur? quia Sfortiadum me pia dextra colit.

Mutata eſt facies, mutataque nomina, Vilis
Dicebar, Dicor nunc ego, Sforciaca: &c.

Gambolata. Iuxta ad Terdopium amnem eſt *Gambolate*, ubi 2. columnas fuiſſe putant, quarum Ammianus Marcellinus meminit lib. 15. hodie pagus eſt lautus; Nec procul occidentem verſus & Goniam

Mortara. amnem opidum eſt *Mortaria*, Sic (cum antea *Silva bella*) dici cœpit tempore Caroli Magni victoriam hoc loco à Deſiderio Rege cum multa Langbardorum ſtrage & morte adepti; inferius hinc ad

Lumello. Goniam fluvium *Lumellum* ſe offert prope quod Aurifodinæ, judicio Plinii &

Stra-

Strabonis fuêre: eversum fuit ab Mediolanensibus anno 1215. ab eoque *Lammellinus* vocatur totus ille inter Ticinum & Goniam tractus.

Sequuntur hinc lætissimi *Ticinorum campi*; supra modum fertiles tritici, vini reliquorumque fructuum, tantæque passim ubertatis amænitatisque, ut vulgo *il giardino di Milano* audiat. Territorium ejus amplum & tam ultra quàm cis Padum longè lateque extenditur, continetque cis Padum civitates Alexandriam, Dertonam & Bobium; ultra verò Padum *Ticinum* sive *Papiam*, quæ & *Flavia Papia*, & *secunda Roma* appellata; conditaque fuit ab Levis & Marcis Liguribus, ut Plinius ait, vel ut alii, ab Gallis, Bojis & Cenomanis Ticini amnis adcolis à quo *Ticinum* vocatur; situsque ejus ad lævam fluvii ripam, qui ibi insignis operis tecto ponte constratus, ipsum *Ager Ticinensis.* *Pavia.*

Flumen caruleas & aquas & stagna vadoso *Situs ejus.*
Perspicuum servat turbari nescia fundo.
Ac nitidum viridi lente trahit amne liquorem.
Vix credas labi, ripis tam mitis opacis.
Argutos inter volucrũ certamina, cantus,
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.

Urbs

Muni-menta. Urbs universim hinc aggeribus, fossis, lateritiis propugnaculis, inde flumine tura, quod muros illius radit secundum opidi longitudinem, & canali divisum, insulam juxta efficit longam, & sacris profanisque ædibus cultam ac habitatam. Arcem habet, Mediolanum versus, antiqui operis ab Ioanne Galeatio constructam, in quâ olim Duces Palatium habuere: quadrata est, angulos item quadratis turribus munita: servatque Bibliothecam nobilissimam: Admiranda urbi est cœli temperies, ipsa tamen intus parum amœna & populosa, domus pleræque humiles neque ad cæteræ Italiæ modum perpolitæ: Viæ tamen rectæ patentesque sunt, quales in aliis nonnullis urbibus desiderantur, amplissima verò est ea quæ in Arcem ducit. Fora ampla continet duo: inter ædificia facile præcipuum locum obtinent duo Palatia, commodo studiosæ Iuventis exstructa: alterum à *Pio II.* Pont. Max. alterum à Cardinale *Borromæo* magnificentissimè: Sua enim nobilis est *Academia*, quam Carolus IV. Imp. fundavit anno 1361. Docuit ibi provectioris jam ætatis Baldus, mortuus ibidem anno 1410. & sepultus in *PP. Franciscanorum* æde; & juxta eum Franciscus Curtius senior: in Car-

Coll. Pii II.

Con. Borromæ.

Academia.

T. PP. Franciscanorũ

Carmelitarum æde Cato Saccus & Ioannes Franciſcus Ripa doctrinæ majoris quàm famæ Iuriſconſuiti. In *S. Epiphanii* Templo Andr. Alciatus marmoreum habet ſepulchrum : in ſuburbana *S. Iacobi* æde ſuburbana viſitur ſepulchrum Iaſonis Mayni : qui omnes Academiam hujus civitatis illuſtrarunt: in qua necdum conſenuerunt bonæ literæ. *T. Carmelitarum.* *T. S. Epiphanii.* *T. S. Iacobi.*

Pertinet quoque ad veteres laudes ejus, quod Gothi ac deinde Longobardi, qui in Italia ſupra 200. annos regnârunt, Regiâ ſede hanc potiſſimum urbem nobilitarunt, ut taceam quibus operibus auxerint atque ornârint: Turres certè illæ excelſæ & crebræ in urbe, ex Longobardico Regno ſuperſunt : & ſacræ aliquot ædes: *D. Petri* enim in cœlo Aureo Templum Cœnobiumque Auguſtiniano rum PP. Luitprandus Rex condidit, addiditque ingens ornamentum S. Auguſtini Corpus è Sardinia petitum, quod in peculiari ſacello niveus nitensque marmoreis ſignis, ſumma arte elaboratis, loculus ſervat. Severini item *Boëtii*, viri ampliore honore digni, ſordidum in Templo ſepulchrum nulla re quam gemino Epitaphio, ſpectabile, quorum brevius ſic habet : Mæonia & Latiâ linguâ clariſſimus, & qui *T. S. Petri.* *Boëtii ſepulchrum.*

Con-

tum Barbianorum, & in ripa Ticinelli versus Mediolanum *Binascum* & altius *Albiate* opidum situs non incommodi, dives quondam & frequens, cui in opposita ripa adstructum *Castellum* munitissimum Ponte urbi annexum: incredibilis huic agro est fertilitas copiaque omnium rerum stupenda.

Binasco. *Abiagrassa.* *Castelletto.*

In regione porrò Ticinensi cis Padum *Viqueria* se offert illustre opidum, ad Straforam (olim *Iria*) amnem in fertili & amœna situm planitie: inde orientem versus ad Copis amnis dextram ripam *Clastidium* antiquum opidum, Livio & Polybio memoratum, & ad Caput Copis Bricolanum: inde in Læva Trebiæ ripa inter fines Genuensium & Placentinorum *Bobium* situm est; civitas Episcopalis, ubi nobile *D. Galli* Cœnobium ab Theodolinda Longobardorum Regina magnificè ædificatum, & reditibus dotatum pro 31. Monachis: Patria est *Umberti* Jurisconsulti.

Voghera. *Chiesteggio* *Bobbio*

Ab Straffora amne & Viqueria opido versus occidentem, est *Pons Curonis*, ab Curone amne cui adsidet, nomen habens opidum: inde ulterius versus occidentem juxta Scrimam amnem *Terdona* urbs se offert, à tribus donis, id est, miraculis ejus urbis denominata: quorum

P. Corone. *Tertona.*

Pri-

Primum in Saxo circa Pænam, quod copiosè oleum emittebat: *Secundum in fonte* prope Garbagnum, è quo die natalis *S. Ioannis* Baptistæ aquæ copia profluebat. *Tertium in Ponte* juxta Petram Bissariam, mortem nobilium quorundam prænunciante, sectus enim paulò ante quàm ex eorum numero aliquis moriturus esset, sanguinem mittebat; adstruit fidem sigilli publici perigraphe:

Pro tribus donis similis Terdona Leonis:

Claram fuisse urbem florente Romano Imperio illius temporis scriptores fidem faciunt, & testantur ejus nobilitatem priscam: conspicua adhuc sepulchrorum rudera, quæ juxta Posthumiam viam (hæc enim propter Dertonam Genuâ Placentiam ac porrò Veronam usque ducebatur) crebra extant. Hodie civitas est Episcopalis non admodum formosa, ad Apennini jugi sese flectentis cubitum: à Frederico Imp. eversa, sed à Mediolanensibus restaurata, unde summa animorum conjunctio: Castrum habet cum forti præsidio, in colle positum, ubi & ædes perveusta D. Virgini Matri sacra: Ager suburbicarius jus bonus & fœcundus tritici, hordei, aliarumque frugum, vini item & glasti fertilis.

Altius hinc in dextra Scriniæ ripa & montis jugo opidum est *Seravallis*, sic nominatum quod angustas hîc montium vallisque fauces, tanquam fera, *C. Nuo*claudat. Infra Dertonam Castellum no*vo Tor*vum occurrit, opidum opulentum ab *tonnese* Gothis ædificatum: & ulterius prope *Sala.* Padum *Sala* opidulum, Gothorum quoque opus.

Sera valle.

Inde ad Tanarum & Bormiam amnes confluentes *Alexandria* visitur, cui nomen ab Alexandro III. Pont. cognomen à paleâ; condita à Mediolanensibus, Placentinis & Cremonensibus mense Majo, anno 1178. Sita est inter duos amnes, ubi quondam Rovoredo, amœnissimo loco, Tanaro suburbia divellente *Borgolii* scil. vici, qui ibi fuit ante urbem conditam. uterque fluvius Pontem habet: urbs Arcem validam: & Episcopum: incolæ ejus animi ingeniique sunt excelsi; fuitque hæc urbs Patria *Georgii Merulæ.*

Ales-*sandria.*

Borgo.

Bormia transmisso, sursum in Læva ejus ripa est *Boscum*, in nemore situm opidum amœnè: Marchionatus quondam titulo nobile: Monasterium ibi est ordinis Prædicatorum à Pio V. Pont. erectum, cum inscriptionibus.

Bosco.

Haud procul Tanari, Pado se miscen-

tis, ostio *Bassiniana* cernitur, quæ Plinio *Augusta Vagenorum*, & inde altius ad Padum *Valentia* antiquum opidum, cum valida Arce ad fines Montisferrati; Plinio *Valentinum*, quod & *Forum Fulvii*, dicitur. *Bassignana. Valenza.*

Atque huc usque de Ducatu Mediolanensi, qui suo ambitu complectitur 300. milliaria. Totique Provinciæ præest *Gubernator* (qui & *Vicarius generalis Regis* appellatur) penes quem est arbitrium omnium rerum politicarum (civiles & quæ justitiam tangunt à Senatu peraguntur) & electio magistratuum omnium biennalium, puta: Potestatum, Vicariorum, Iudicum, Commissariorum, Referendariorum, Advocatorũ fisci &c. *Regimen ducatus Mediol. Gubernator.*

Est ipsi *Concilium Secretum* constans è Generali copiarum militarium; Castellano Mediolanensi, Cancellario, Præside Senatus, Præside Magistratuum opidanorum, Thesaurario generali: quibus interdum alii pauci, ob præclara merita, speciali Regis gratiâ adjunguntur. *Senatus Mediolanensis* constat Præside & 12. Senatoribus; (quorum 3. solent esse Hispani) ut plurimum lecti è præcipuis hujus Status civitatibus, è quibus veteri consuetudine legi solet Regens, qui in Hispania Regi adsistit, & locum ibi habet in Consilio Italiæ. *Consilium Secretum. Senatus Mediol.*

Ab hujus Senatus judiciis nulla datur appellatio; omnes vero civitates municipia & Castella suas habent communitates, quæ reguntur ut plurimum à 12. Decurionibus: qui sorte eliguntur è cap. sa consiliariorum; qui fere sunt 60. Hi Decuriones curant Respublicas cujusque loci: Mediolanum verò nullam habet supra reliqua opida prærogativam; quam quod Tribunalia generalia ibi residean. Atque administratio causarum civilium & criminalium urbis Mediolani pendet ab Senatu ibi, in quo sunt 16. Doctores & nonnulli Prælati Patritiique Mediolanenses.

Civitatum & opidorum.

Mediolani.

Principatus Montisferratensis.

Mediolanensi Ducatui cis Padum adjacet occidentem & meridiem versus *Principatus Montisferratensis*, qui ceteris suis finibus Genuenses & Pedemontium contingit: *Monsferratus* audit hæc regio quasi Mons ferax, ab collium humilium fertilitate, Mons enim est perpetuis expansus jugis, totus amœnus & fructifer, omnium rerum ad vitam utilium, vinique optimi & fructuum suavissimorum fertilis & colonis admodum frequens: Nihil hîc incultum propter summam Soli bonitatem opportunitatemque. Lævam Montis Tanarus, dextram Padus adluit, & quanto magis ab amnibus abscedunt

ſcedunt colles, tanto majores, amœnio-
resque campi inter eos panduntur, quos
non malè Meſopotamiam queas dice-
re, quippe quod amnibus utrinque ſint
concluſi:

Urbs ejus Princeps hodie *Caſale S. Euaſii*, ſedes Principum, & Epiſcopatus fulgens dignitate, populo frequens & ſplendidis ornata ædificiis, opibusque ac nobilitate potens: ſita eſt in ripa dextra Padi undique egregiè munita, maximè duabus Arcibus, quarum una Verus, Marchionum olim domicilium fuit: Altera Nova & munitiſſima vulgo *la Citadella* audit, quam exſtruxit Vincentius Gonzaga Mantuæ Montisque ferrati Dux anno 1590. *Caſale S. Vas.*

Adjacet juxta Padum verſus orientem *Fraxinetum*, & inferius in colle *Po-marium* cum *Arce* munita; intus colles undique nitent opidis: inter quæ prope fines Alexandriæ *S. Salvatoris* opidum, ubi & Arx munitiſſima; occidentem verſus juxta Padum occurrit *Pons Sturæ* opidum cum Arce valida; in colle dein *Caminum*: mox *Galbianum* ab Gabienis Liguribus, quorum Plinius meminit lib. 3. c. 15 conditum; intus ſupra Caſale eſt Fanum *D. Georgii* & *Occimianum*: antiqua Marchionum ſedes. *Fraxineto.* *S. Salvatore.* *Ponte Stura.* *Gabianno.* *Occimiano.*

Ultra Padum è regione Pontis Sturæ: *Trino.* 500. paſſibus ab Ora, *Tridinium* eſt, opidum magnum & benè munitum, Ducis Mantuani: & haud procul inde Caſtella Moranum & Fontanella itemque *Palatiolum:* intus Abbatia *D. Mariæ Lucediæ*, nobile olim Cœnobium ab Marchionibus montisferrati ædificatum: ulterius *Liburnum* inter Paludes; tum prope Duriam fl. *Salugia*, opida non magni momenti: & altius in ripa Padi *Verolengum* conſpiciuntur.

Palazzuolo. *Ab. di Lucedio.* *Livorno.* *Verolengo.*

Ultra Tanarum quoque ampla montisferrati Principatus pars ſe pandit: & in ea ad *Burdam* fl. ſpectantur Bergamaſco: Caſtellum Novum *Inciſa* Liburna Plinii. Tum *Nicæa* Paleæ cognominata; & altius ad Bormiam *Aquæ* Statyellorum, Plinio notæ, ab aquis & fontibus ealidis & medicatis nomen habens: ſunt enim in hoc opido Thermæ publicæ cum menſis lapideis & gradibus: urbs eſt Epiſcopalis. Et antiquitatem ejus teſtantur veruſta mœnia: olim frequens, dein civium diſſidiis ad ſummam devenit calamitatem: Ad Bormiæ fontem eſt Calizzano, & prope *Maximinum* opidum, ac inferius *Milleſimum*: *Cairo*, *Dego* & alia.

Nizza *Inciſa.* *Bergamaſca.* *Maſſimin.* *Milleſimo.*

Alba. In ipſa Tanari ripa dextra *Alba* conſpici-

ſpicitur quæ *Pompeja*, à Pompejo forte reſtauratore, dicitur Epiſcopatus florens dignitate, & amplitudine ſuperans Caſale D. Euaſii. Clementiâ cœli inferior eſt. Ager ejus omnium fœcundiſſimus, qui *Languvilla* vulgo audit: Altius, 500. ab urbe paſſibus *Rodum* occurrit Picorum Mirandulæ Caſtellum: & inferius *S. Damiani* Fanum: & alia. *Rodo.*

Sequitur Principatus *Pedemontii* nobiliſſimus, Italiæ nobis finis, aliis hac parte, Principium: ſic dictum, quod ad pedem Montium ſit ſitum, Alpium ſcil. qui Galliam atque Sabaudiam ab Italia ſeparant: irrigatur, Pado, Tanaro, Stura, Duria utroque & aliis ferè 28. amnibus, variisque rivis, quorum in ſolo territorio Cunenſi 12. ſpectantur: Communis opinio eſt, nullam Italiæ partem amœniorem eſſe aut magis fertilem frumenti, vini fructuumque nullam carnium domeſticarum ferinarumque abundantiorem: Item caſei, caſtanearum, cannabis, lini, metallorum, aliarum rerum copia magis affluentem: unde fit ut vix ulla Regio, pro amplitudine ſua, majorem Principi ſuo fructum reddat: Principatus tituio poſſidetur ab Duce Sabaudo, continetque civitates Epiſcopales 8. & opida circiter 250. inter quæ multa civi-

Piemonte.

Fluvii ejus.

Fertilitas.

Vrbes & opida &c.

civitatibus vix inferiora: Continet item Marchionatus 15, Comitatus circiter 50. Et ingentem Dominiorum numerum, opulentiâ neutiquam superioribus cedentium. Denique 20. grandes Abbatias, & maximum numerum ditissimorum Beneficiorum. Civitatum Episcopatu insignium, quatuor cis Padum sitæ sunt, uti Asta, Mons Regalis, Fossanum, & Saluttium, quatuor ultra Padum, quæ sunt Taurinum, Eporedia; Augusta Prætoria & Vercellæ:

Vercelli Atque *Vercellæ* (ut inde incipiam) civitas antiquissima est Lybicorum populorum caput: condita (ut ajunt) ab *Venere* nobili Trojana, cum Elrio filio huc profecta, atque inde Vercellam quasi *Veneris cellam* dictam putant, hodie urbs est honesta, murorum ambitu & ædificiorum magnificentia præstans; Episcopatu nobilis, & Arce ac propugnaculis valida, itemque Sesia amne, juxta quem sita est: incolas habet nobilitatis studiosos; clerum divitem: panem candidum, capones pingues: Agrum frumenti, vini aliarumque frugum fertilem: etiam aurifodinis olim divitem quarum adhuc vestigia cernuntur juxta *Ponderanum*. Dominium ejus inter Sesiam & Duriam includitur amplum satis in quo plurima

Ponderana.

opida

pida & vici, interque cætera prope fon-
es Sarvi amnis *Andurnum*, & *Bugila* & *Andor*
Ponderanum, fortaſſe ab auro ponde- *na. Bi-*
rando, (nam ibi aurifodinæ fuëre) di- *cla.*
ctum: Bugicla opidum nobiliſſimum.

Altius ſuccedit longiſſima vallis, quæ
Auguſtæ dicitur Prætoriæ, ab urbe cog- *Auo-*
nomine, ſita in aditu vallis juxta gemi- *ſta.*
nas Alpium fauces Grajas & Pæninas,
quæ hodie *S. Bernardi Mons Major & Val di*
Minor dicuntur condita ab *Auguſto* Cæ- *Aoſta.*
ſare ad Duriam amnem: multæ hic vi-
ſuntur antiquitates: Vallis hæc ob via-
rum anguſtias munita eſt: tractusque
ejus omnis editiſsimis rupibus concludi-
tur, inter quas maximus eſt Campus
quem veteres *Bardum* appellarunt: me- *Bardo.*
dium amnis Duria Major interluit, ad-
eòque totam vallem, quæ plena viculis
& habitationibus, ad lævam frumentis,
ad dextram vinetis culta, quæ optima
vina producunt; metallis quoque auri
atque argenti dives.

Inferius in faucibus hujus vallis *Epo-* *Ivrea.*
redia civitas ſe offert, quam Duria ſecat;
caput eſt ſalaſſorum populorum & *Can-*
nabeſsi regionis à cannabis ubertate di-
ctæ, ſitus ejus editus inter duos montes:
Arcem habet munitiſsimam, cum 4.
altiſsimis propugnaculis ſive turribus:

sitru oportuno ad copias ex Helvetia in Italiam transferendas: *Doria Balthea sive Logo di Major* hinc juxta *lacum Viveronis* descendens prope *Crescentium* opidum in Padum exit: patria est *Vbertini Crescentinatis*, qui suis commentariis Valerium Maximum & Epistolas Ciceronis illustravit.

Vivero ne.

Crescentino.

Altius ad Padum & ostium Orci fl. *Chivas Chivassum* opidum conspicitur munitissimum: tum introrsus *Vlpianum* Ducis Mantuæ opidum, & juxta *Duriæ minoris* sive Ripartæ ostium, *Taurinum* se offert caput Tauriscorum, & Archiepiscopatus fulgens prærogativa: item senatu, Academia, & Ducis Aulâ: situs ejus juxta montium radices & Padum, forma quadrata cum Portis 4. non admodum ampla, sed splendidis ornata ædificiis; Palatio Ducis & Cardinalis; atque Equili magnificis: Templis item 20. quorum *D. Ioannis Baptistæ* summum: & Xenodochiis aliquot: Prima hæc Italiæ urbium officinam habuit librariam: Arce munita est Pentagonâ, amplitudine, arte, & munimentis admirandâ, quàm in *B. Solutoris* ruinis Emanuel Philibertus Dux construxit: Dux Carolus Emanuel *Vivario* eam decoravit, cujus ambitus 50000. vel amplius passuum situsque longè

Chivas so.

Vulpiano.

Turino

Arx.

Vivarium.

longè amœniſſimus, inter Padum, Duriam & Sturam amnes: intus nemoribus, lacubus, fontibus & omnis generis feris delectat maximè.

Prope urbem ad ripas Padi *Mons* ſe attollit, qui propter incredibilem ſinuum varietatem (nam hîc ſe attollit, illic declinat, hac ſe exſerit, illac ſe recipit, ubi aquæ ſcaturiunt, ubique optimos fructus fert & præſertim vinum) *Aureus* appellari meretur: tanta ibi villarum &ro. prædiorum, viridariorumque copia, ut alterum Taurinum eſſe videatur. *M. d'O.*

Hæc de 4. urbibus Epiſcopalibus ultra Padum ſitis; cætera opida hîc ſunt *Lanſium* & *Vin* ad Sturam; ad Duriæ ripam ſupra Turinum *Rivolium*, agri amœnitate, aëris ſalubritate & nativitate, Caroli Emanuelis Ducis illuſtre: quod prope ſequitur Cœnobium *D. Antonii*, ſplendidum & opulentum: Altius ad Duriam *Aviliana* ſuccedit, ejus ager amœniſſimus: hinc enim montes abeunt in planitiem; vites ſpectantur arboribus ſuſpenſæ, agri frumentis prægnantes & horti fructibus luxuriantes: Hinc ſequitur vicus *S. Ambroſii* una platea pervius: item Abbatia *S. Michaëlis des eſtoilles* in jugo montium ſita: Altius *S. Georgii* Fanum cum Arce: & *Suſa* opidum cum *Lanſo.* *Rivoli.* *S. Antonio.* *Aviliana.* *S. Ambroſio.* *S. Michaële.* *Suſa.*

Arce vallem defendens quæ amœna & meris vineris juxta Doriam fl. clausa. Tum Novalesia & Ferriera Alpesque Sabaudiam versus : Ad Clisonem amnem est *Pinarolium* cum Arce, quæ vicinæ valli dominatur: & agro vinis optimè culto : *ad Peliam* fl. *Bobium* spectatur Comitatus amplissimi & 22. opidorum caput : inferius *Lucerna* caput quoque famosi Comitatus & amplissimæ vallis quam supra 20000. hominum incolunt: inferius deinde *Briquerascum* loco omnium rerum feraci positum ; & *Cavortium* situm eo loco quo Pelia Clisonem accipit, unde Vallis ibi *Clusonia* dicitur; lateritio muro cinctum est, & ad radices montis vice speculæ à naturâ subjectis latè campis impositum : in summo rupis fastigio Arx undique inaccessa prominet: Hinc occurrunt Vigoni, *Pancalieri* & Villa Franca, soli ubertate clara opidi : & inferius ad Padum *Carinianum* celebre propter Arcem ; agri fertilitatem & cœnobium nobilium monialium, quod hîc nobiles illustres instituerunt.

Pinarolo.

Bobbio

Lucerna.

Briquerasco.

Cavortie.

Tancalieri.

Carignano.

Saluzzo. Ultra Padum altius hinc offert se *Salutium* civitas Episcopalis in amœno clivo sub Alpibus posita : caput Marchionatus nobilissimi cui Padus suam origi-

originem debet: modicæ amplitudinis eſt, cum caſtello ſpatioſo ubi commodiſſima hoſpitia ſunt, tam æſtivis quàm hibernis menſibus: Aëre gaudet temperato unde in hortis & viridariis hîc feliciſſimè proveniunt omnes fructus regionis Genuenſis.

Opida ejus præcipua ſunt, *Dronerum* ad Marium amnem, locuples opidum mercatoribus, qui ferramentis & armamentis rem faciunt: & *Carmaniola* prope Padum in centro quaſi Pedemontii ſitum, quod propter ambitus amplitudinem & incolarum frequentiam atque opes commerciorumque abundantiam civitatis nomen jure ſibi vendicat. Prope Salutium ſpectantur Manta Pagni: & *Stafforda* ditiſſima Abbatia & ad Marium amnem infra Dronerum *Buſca* Marchionatus titulo (unius è ſeptem qui ab Alexamo deſcendunt) inſigne; Hinc inferius *Savilianum* pulchritudine Areæ ante Cœnobium D. Benedicti celebre & ſitu adeò oportuno & commodo ut Principis ſedem mereatur, occurrit. Tum *Raconiſium* ſerici abundantia, Palatio, Piſcinis, ambulacris à D. Bernardino Sabaudo factis illuſtre. Prope Taurinum in collibus juxta Padum ſunt *Mons Caſerius*, præter amplitudinem, vini excellentia

Dronerro.

Carmagnola.

Stafforta.

Buſca.

Savigliano.

Raconi

Monca heri.

nobile opidum, uti & Roviliascum ei
Cheri. vicinum. Interius *Cherium* se ostentat à Frederico Barbarossa titulo maximæ villæ decoratum propter nobilitatem ecclesiarum, conventuum & omnis generis ædificiorum propterque opes incolarum & soli ubertatem.

Hinc orientem versus in ripa Tanari
Asti. ubi Borbum accipit, *Asta* conspicitur urbs Episcopalis & ampla, quæque numero & magnificentia Palatiorum facilè cum splendidissimis Lombardiæ urbibus potest contendere: Ager ejus, amnibus riguus, Lucis opacus, amœnis collibus editus rursusque in spatiosos campos declivis & omnis generis annonæ & præsertim mellis, fœcundissimus haud dubiè excellit: fuitque aliquando hæc civitas adeò potens ut bellum longo tempore feliciter gesserit, cum Marchionibus montisferrati & eorum confœderatis.

Superius ad Tanarum ubi Stura in
Bra. eum exit, *Bra* occurrit opidum 600.
Cheras- focorum & ultra Sturam *Cheraſcum*
co. rectitudine & amplitudine platearum
Bene. spectabile & superius *Benæ* munitissimo situ aërisque salubritate nobile: Rursus hinc cis Sturam & in ripa ejus ac colle
Fossano *Fossanum* se offert civitas Episcopalis quæ inter cætera ædificia peropportunum

num habet Caſtellum : Ager ejus undique optimi frumenti feraciſſimus, cujus quotannis hîc ſupra 100000. ſaccorum colliguntur : & quia multis alveis irriguus eſt, etiam paſcuis abundat & pecore atque animalibus.

Superius *Conium* jacet inter Sturam & Gieſſum amnes è quo tot canales derivant incolæ, ut agrum ſuum fertilem reddant, ac inter caſtaneas frumentum ſerant, nec deſint vineta ac prata amœna floridaque. *Conio.*

Hinc rurſus Orientem petenti occurrit *Mons Regalis* urbs Epiſcopalis, ſub Conrado Imp. ædificata in colle eminente : ſuburbiis ejus hac illac diductis. Majora verò ad radicem collis jacent juxta Ellam fl. qui 2000. paſſibus inde in Tanarum abit : in hiſce Dux nuper Templum ſtruxit & in eodem Capellam materia & arte magnificam, in qua Duces ſubinde ſepeliri voluit : dumque hac occaſione ſolum altius effoderetur venæ pulcherrimi marmoris apertæ fuerant. Cæterùm urbs hæc omnium Pedemontii populoſiſſima, ſupereſtque hîc inter cives adhuc factio Guelforum & Gibellinorum: Ager ejus ſpatioſus eſt vini qua in colles aſſurgit, frumenti qua in planitiem ſternitur ferax: in clivis caſtanearum maxima copia. *Mondovi.*

Hinc

Ceva. Hinc altius ad Tanarum *Ceva* jacet, caput nobiliſſimi Marchionarus quo 25 municipia continentur: comprehenditque inter alia Vallem Tanari ſupra quam *Ormea* Ceva, Boniaſcum, Garoſſio, *Ormea* ſupra quam 15000. Tenarus è maximo fonte oritur: cetera opida hac illac ſparſa, caſtaneis & animalibus abundant; quibuſdam locis & vinum fit, præſertim *Prierio* *Prieri* longè ſuaviſsimum: Hinc tranſitus *Marro* fit ad *Marrium* & *Onegliam* verſus mare *Oneglia.* Liguſticum capita convallium egregiarum de quibus in ora Genuenſi. Nos verò à fonte Tenari Nizzæ Comitatum petimus nobiliſsimum, tranſito primum *Tenda Com.* *Tendæ* Comitatu ei conjuncto, ita ut ad *Cunium* opidum pertingat. *Nizzæ* verò *Nizzæ Com* Comitatus patet in longitudinem 22. leucas in latitudinem 11. & Varo fl. ferè à Gallia dividitur. Continet 4. vicariatus quorum Capita ſunt Nizza, Soſpello, *Pogiet.* Barceloneta, *Pogieto*, cui adjungi poteſt *S. Stef-* *S. Stephani* opidum cum ſua valle juxta *fano.* Tincæ fontes. in hiſce Vicariatibus ſupra 30. opida numerantur, quorum famoſiſ- *Villa* ſimum *Villa Francæ* propter Portus (olim *Fran-* Olivulæ) oportunitatem: cætera præci- *ca.* pua ſunt *Torbida* Pertinacis Imp. Patria: *Turbia* *ſuſpellum* bellũ opidum & eleganter ſtru- *ſoſpello* ctum fontem habens ex vicinis montibus

dedu-

deductū: Beglia Caput ditis Comitatus.

Nicia urbs Episcopalis pulcherrima, munitissima & populosa emporiumque singulare & præcipuumque ad mare Ligusticum, inter Massiliam & Genuam, ædes habet altissimas, plateas rectas, incolas urbanos & perpolitos & ob munitiones suas *Italiæ propugnaculum* audit. neq; inter Genuam & Massiliam alia est adeò opibus & mercibus abundans. Pallio amnis eam perluit & in mare se effundit; Portuque gaudet tuto & munito: Ager ejus montosus quidem, sed ita cultus, ut nulla re indigeat: *Contes* enim oleo abundat & castaneis *Pelia* vino, frumento oleoque: aliaque aliis. *Nizza.* *Contes.* *Pelia.*

Inter Nizzæ Comitatum & Genuense territorium juxta mare spectatur *Monacum* opidum cum Arce & Portu egregium: & Comitatus titulo illustre pertinens ad familiam Grimaldorum: Portus olim Herculis Monæci fuit; ad ditionem ejus spectat *Mentonium* in litore subsequens vicus cum exiguo fortalitio: ubi salinæ dites, & Viridarium oleis & aurantiis plurimis amœnum: Veneri in Italia, trans Padum circumq; mare Hadriaticum egregias possident ditiones, nempe Istriam, Forum Julii, Marchiam, Tarvisianam, Doganam, Polesinum Rovi- *Monæc.* *Menton.* *Ditiones Venetûm.*

Rovigii, Patavium, Vicentiam, Veronam, Brixiam, Cremam & Bergamum; extra Italiam imperant Cretæ Regno, Corcyræ insulæ aliisque opidis & locis munitis in Græcia, Sclavonia, Bosnia, Dalmatia, in quibus omnibus plena utuntur potestate: estque hæc Potestas penes nobilitatem urbis Venetæ, ex qua constat Senatus 1500. Senatorum Patritii generis, 25. annis majorum qui singulis diebus Dominicis in Aula ibi ampliſſima & ornatiſſima conveniunt: ita ut hæc civitas sit caput & Rex totius Reipublicæ.

Venegia. Situs ejus.

Situs hujus urbis admirabilis est, in intimo sinus Hadriatici recessu insulas complectentis circiter 60. mediis in stagnis: quæ tamen marinis æstibus irrigua adfuso quà Oriens est Pelago; cujus tamen violentia, præjectis aliis insulis tanquam aggeribus frangitur & cohibetur, ne urbi damnum inferat: Ab hisce insulis & continenti, pari propemodum 5000. passuum intervallo urbs jacet formâ testudinis; Et licet nec muris nec munitionibus ullis sit firmata; loci tamen natura est tutissima: quamplurimis dividitur canalibus, & vicis pene omnibus sui sunt rivi, conjungentibus ipsos

Pontes. Pontibus circiter 450. lapideis omnibus: ita

ita ut urbem passim vel pedibus percurrere possis, vel cymbis, quarum numerus 8000. dicitur, vulgus *Gondolas* appellat.

Inter Pontes (qui omnes fornicati, ut navigationem nihil impediant) facile Princeps est qui super majorem Canalem constructus est nuperrimè è nitido marmore, tabernasque mercatorum gestat 24. omnes concameratas & plumbeis laminis tectas, in utroque suo latere. Dicitur *Pons Rivi alti* à vicina Regione. *Pons rivi alti.*

Cæterùm ambitus urbis Pontibus contiguæ est 8. circiter milliarium, imperii magnitudine, populi frequentia, opum splendore, mercium varietate, illustris: bonis legibus & institutis ornata; frumento, vinis omnis generis optimis, aliisque rebus humanæ vitæ necessariis & gratis adeò affluens ut rectè *Paradisus Deliciarum*, à Jasone ad l. 45. ff. de V. O. appelletur. Atque non solùm nulla in re, ulli totius Italiæ, civitati inferior est, sive spectes magnificarum ædium eximiam pulchritudinem, sive incolentium splendorem, sive opes publicas ac privatas, sive *templorum ornamenta*, sive *advenarum multitudinem*, sive denique mercium opulentiam: Sed una hæc tantum *Laudes urbis.*

tum

rum decoris & ſplendoris habere videtur, quantum reliquæ etiam ſimul junctæ Italiæ urbes, ſi Romam unamque prærerea & alteram excipias, ita ut ad invidiam pulchra, opulens & felix ſit: *Palatia* ſplendidiſſima & uti majores Planetæ, emicantia numerat 140. & in his non pauca antiquis monumentis pretioſis inſtructiſſima. Monaſteria Patrum 39. Virginum 28. Oratoria 18. Hoſpitalia opulenta 17. Turres 115. Fora 53. Fontes publicos 158. ſtatuas marmoreas 164. æneas 23. Equos æneos 9. Portas æneas 10. Atria quæ *Corti* dicuntur, 174. Hortos egregiè conſitos 184. Organa 143. & bina præcipua in *D. Marci* Baſilica à peritiſſimis Muſicis pulſari ſolita. Lares ſive familias propemodum 20000. Societates, ſeu Confraternitates & *Scholas Principes* 6. in quas ſcripti Cives primarii: haud facile dictu eſt quàm beneficè juvent res humanas, & obeant rem divinam: ſuppetunt quippe ubertim opes, cum ex annuis proventibus amplius 30000. aureorum colligere dicantur: pecuniæque hæ plurimæ dotandis puellis impenduntur, utique cum annis ſingulis 1500. admodum nuptui collocentur: Templa Parochialia continet 67. quorum

Elegantia & ornamenta

rum omnium *D. Marci* ſine controverſia *D. Marci* ſplendidiſſimum eſt atque ampliſſimum: *D. Iacobi* vetuſtiſſimum: & *D Petri* in Caſtello religioſiſſimum: Ab his omnibus excipiunrur circumvicinæ inſulæ in quibus adhuc PP. Monaſteria II. & I. virginum: Turres XIV. ſtatuæ V. Civium numerus 300000. circiter cenſetur: Triplicis illi ſunt generis: *Patricii* quos penes imperii & reip. (ut dixi) adminiſtratio: *Cives*, qui ſcribarum & aliorum honorum munera gerunt: *Artifices* qui mechanicas artes exercent: Præter hos *Mercatores* ſunt innumeri & advenæ qui vario cultu ex omnibus mundi partibus negociationis gratiâ huc confluunt.

T. D. Iacobi. *T. S. Petri.*

Omnia hujus urbis rara & magnifica opera deſcribere nimis operoſum foret: præcipua quædam & pauca tantùm referam, à *Foro D. Marci* exorſus celeberrimo: Sumtuoſis hoc ædificiis undique & undique clauſum eſt: à fronte mirabili illa Baſilica *D. Marci*, & è regione *D. Geminiani* æde marmorea ſtructuræ artificioſiſsimæ: latera exornant magnificæ Palatiorum ſtructuræ cum ſplendidis porticibus, & mercatorum artificumque variis tabernis. vides hîc diverſiſſimos hominum amictus: audis varias

Forum D. Marci

linguas

linguas uti *Orbis* non *Vrbis* forum esse quispiam non ineptè diceret : In capite Fori quod litus Maris spectat, altè se attollunt binæ, ex solido marmore Phrygio, columnæ peringentes è mari venientibus nautis à longe conspicuæ, in quarum unâ *D. Marci* insignia inaurata; in altera *D. Theodori* statua inaurata splender. In ipso intercolumnio de noxiis condemnatis supplicia sumuntur : è regione item *D. Marci Vexilla* tria in tribus altissimis pinnis sive malis alligata conspiciuntur : quæ in basibus, æreis imaginibus cælatis, infixa sunt; *Dominationis* hieroglophicum. Breviter Forum hoc lateribus stratum adeò superbum est ut Petrarcha scribat, *se nescire an terrarum orbis par habeat.*

Columna 2 in foro.

Mali item 3

T. D. Marci Ex hoc spectatur *D. Marci* Basilica sumtu & artificio mirabilis, ampliſſima & marmore nobili structa. *Pavimentum* quoque tessellatum & marmore varii generis in frustula contuso, compositum picturas egregias repræsentat : Parietes marmoreis tabulis varietate colorum pulcherrimis sunt incrustati & mirè picti. *Testudinem* sculpturis atque picturis ornatam sustinent 36. solidæ columnæ ex vario marmore, & plures ex Phrygio pulcherrimæ. *Tectum* quinque hemi-

sphæ-

ſphæriis plumbo veſtitis conſtat. *Frons* autem, qua parte ex foro quinis æreis portis patet aditus in Templum, à ſolo ad faſtigium uſque Græcanico opere cum emblematis inaurata eſt, crebræque per ordines eminent Divorum ſtatuæ ex marmore perinſignes: in *Supercilio* ejus ſupra mediam Portam majorem miræ venuſtatis 4. equi ex ære Corinthio inaurati exornant ingreſſum. *Oſtium* adyti annis 20. conſtructum, imaginibus æneis & marmoreis movet admirationem.

In Choro, qui gradibus marmoreis aſcenditur ſpectanda *Aræ majoris tabula* Conſtantinopoli delata & ex auro puro argentoque fabricata, ac artificioſa figurarum cælatura, multisque inæſtimabilis pretii gemmis & margaritis mirificè exornata; *Teſtudinem*, quæ Aram tegit, ex pulcherrimo ophite factam ornatamque biblicis imaginibus, ferunt 4. columnæ Parii marmoris, ſimili ornatu inſignes. Poſt Aram apud *SS. Corporis Chriſti* ædiculam, 4. item nobiliſſimæ columnæ alabaſtritæ, vitri ferè inſtar, pellucidæ, mirum in modum reſplendent, quas è Palatio Salomonis ablatas illatasque fuiſſe in hoc Templum ait Boiſſardus: alia multa prætereo, ad *Theſaurum D. Marci* immenſum & admirandum

Theſaurus D. Marci.

dum venio: in hoc 1. *Mitra* Ducalis gemmis plurimis intertexta, in apice carbunculus precii inæstimabilis: 2. Coronæ Regiæ aureæ XII. 3. Totidemque Thoraces Aurei rariſsimis unionibus aliisque lapidibus pretioſis nitentes: 4. Rubini, inter quos 2. extremæ magnitudinis: 5. item Adamantes, Smaragdi, Chryſolithi, Hyacinthi, Uniones; aliæque gemmæ numero incredibili. 6. Cornua III. Monocerotis auro redimita: 7. Vaſa omnis generis ex Agate, Chalcedonio, auro, argento ſolido & margaritis inſignia. 8. Gemmeus urceus à Perſarum Rege Veneris dono miſſus 9. Pateræ è Turcica & Chalcedonia gemma, aliæque ex onyche ſculptæ; & aliæ.

Palatium S Marci

Porro ingens illa columnaraque & cupreis laminis tecta, candidisque ac rubicundis è marmore tabellis incruſtata Ædes, quæ proximè Templum attollitur, Curia Venetorum eſt, opibus & Aſiatico luxu ſplendens, in hac Concilia ſua & Tribunalia Magiſtratus habent, in certis quique Conclavibus arte & materiâ ſumtuoſa ornatiſsimis: *Aula Senatus Majoris* ſive ſummi ampliſsima eſt & ornatiſsima; longa 66. lata 32. paſſus. Subſelliorum ordo admirabilis eſt, è quibus pulcherrimo ordine evocantur ad

feren-

ferenda ſuffragia ſenatores. Principis quoque ſive *Ducis* Reip. hîc *Habitatio*, eſt Publica & regio ornatu magnifica, uti penes quem Reip. auctoritas: quamvis Potentia ſit Penes ſenatum: Eſt & *Armamentarium Palatinum* cedrinis foribus, è Libano monte petitis, ſuaviſsimè fragrans, refertum armis lectiſsimis & pretioſiſsimis Ducum & Imperatorum aliorumque Præfectorum, plurimis: Curam ejus habet Decemvirorum Magiſtratus ſummæ auctoritatis, uti penes quem de atrociſsimis criminibus plena ſit & inquirendi & pœnas ſumendi poteſtas. Cœnacula inſuper hujus Palatii multa ſunt ampla & ornatu maximè conſpicua. *Ducis reip. habitatio*

Ex adverſo ſtat altera ingentis molis architectura novæ, ſuperbæ ac abſolutæ domus; Fori imò urbis totius ſupremum ornamentum: ſtupenda omnino facies eſt geminâ & pulcherrimâ Porticu ſtatuarumque aliis ornamentis: tota lapidea & tuta à Vulcani injuriis. quippe quam Geminæ tenent Deæ Moneta & Pallas, diſcretæ tamen locis: Alibi moneta cuditur, aſſervaturque in prægrandibus ferreis ciſtis: Alibi *Bibliotheca* viſitur exquiſitiſsimis voluminibus referta. *Meneſtæ officina.* *Bibliotheca.*

A Baſilica *S. Marci* 80. circiter pedum

Turris S. Marci. ſpatio, altiſſima *Turris* conſpicitur, lata quaquavorſum 40. pedes alta 230. faſtigio aureis veſtito tegulis, quod ſole ſplendente quam longiſſimè ab Iſtria Liburniaque navigantibus conſpicitur: Podium, hîc æreis columellis circummunitum, ambire licet & per totam urbem terrasque & æquor longè circumferre magna cum voluptate oculos.

Huc uſque *D. Marci* Foro & illuſtriſſimis circùm illud ædificiis: exeo jam foro, & per *Horologii Turrim*, nitidis marmoribus incruſtatam, rotularumque artificioſis motibus ſpectabilem, proximum *Rivum altum* peto, *Forum*que ibi ſive *Merceriam*, à mercibus quæ numero ac varietate incredibili per circumjacentes tabernas artificumque officinas divenduntur, nomen habentem. In vicinia eſt *Palatium Cameriatus* hiſtricis marmoribus à ſolo evectum, pictisque conclavibus perornatum, ubi pecuniæ ſummam ingentem aſſervari fama eſt: juxta Pontem Rivi alti mercatorum *Germanorum Domus*, 200. & amplius conclavibus diſcreta, conſpicitur, frontem oſtentans luculentis picturis, ab celeberrimis pictoribus illuſtratam; in hac Germani res ſuas expediunt, habitant & uno ſimul triclinio convivantur;

Turris Horologii.

Forum Rivi alti.

Pal. Cameriatus.

Fontigo di Tedeſchi.

Quic-

Quicquid mercimoniorum ex urbe in regiones Germaniæ mittitur : quicquid inde in urbem invehitur, hac in æde Publicani (nequa vectigalibus fraus fiat) perluſtrant ac deinde obſignant : itaque in atrio bajulorum numeroſos greges & propinquis ripis innumera ſemper navigia ad mercium vecturam parata conſiſtere videas.

Hinc ad *Armamentarium*, alterum (poſt *D. Marci* ædificia) urbis miraculum pergo, cujus circuitus duorum circiter milliarium valido muro definitus eſt : muro inædificatæ 12. Turres, quibus vigiles dies noctesque incubant : Hîc enim reip. vires verſantur: hîc inſignis Triremium & Navium adparatus, inſtrumentorum omnium copia, Tormentorum & machinarum bellicarum multitudo, munitionum & armorum omnis generis theſaurus: infinitorum artificum ſeries, rerum ordo & facilis uſus, promptaque ad omnes neceſſitates expeditio. Laxa ad lævam Domus eſt duplici contignatione ; inferior in terna conclavia diviſa, quorum ſpatioſa Aula una eſt in qua convivari Venetos Patres cum Principes hoſpites habent ; Cætera ædificia armorum & fabrorum officinæ ſunt, quorum fortè nulla gens tantam

Arſenale.

Fons. copiam præstantiamque habet : Puteus hîc perenni fonte manans ad perpetuum dulcis aquæ usum sufficiens, in quo de monocerotis cornu duo frusta latent, ita ut veneno corrumpi non facile possit.

Inter naves magnitudine præstantes una est immanis molis speciosissima quæ *Bucentaurus* vulgo *Bucentaurus*, intus extusque tota auro obducta, tota sculptilis, ea vectus quotannis (festo die Christi in cœlum ascendentis) ad maris introitum, ubi Castella æstuarii, Princeps comitatus Senatu Primoribusque urbis, ceremoniis ab Episcopo peractis, mare sibi despondet injecto ad perpetuandum Dominium aureo annulo, Adsistit Bucentauro *Thalamegus* minor mole, sed auro æquè relucens & sculpturæ excellentiâ non minus conspicienda, ad Principis & Ducis quoque usum.

Thalamegus.

T. S. Petri sedes Patriarchæ. Pone Armamentarium in extrema urbe prope Arcem *D. Petri* Apostolorum Principis ædes est, sedes *Patriarchalis* : quam & Divorum Martyrum cineres & marmorea D. Petri Cathedra, Antiochiâ (ex dono Michaëlis Palæologi Imp.) huc illata veneratione dignam reddunt. Ante verò Armamentarium *S. Francisci in Vinea* Templum conspicitur opus Iacobi Sansouini præstantissimi

T. S. Francisci in Vinea.

tissimi Architecti, in quo nitidissima aliquot sacella, & illustrium heroum videas monumenta. Præjacet non procul ultra canalem amplum *SS. Ioannis & Pauli* Augusta ædes PP. Dominicanorum intra quam 16. Venetorum Ducum sepulchra & militares aliquot statuæ positæ virtutis ergo meritis. Extra templum in Area *Bartholomæi Colonæi* heroica *equestris statua* ænea auro superfusa cum elogio. *T. SS. Ioannis & Pauli.* *Statua equestris B. Col.*

Neque hinc longè dissitæ ornatissimæ ædes confraternitatis vel *Scholæ S. Marci*, in quibus Marciana Societas sacris operari consuevit, uti 5. aliæ in suis quæque Templis obire rem divinam piè ac splendidè solent. *Ædes Scholæ S. Marci.*

Georgianum Græcorum in hac regione situm templum minimè silendum vel ob monstrosos ritus ac ceremonias, quibus ex more gentis in eo, haud secus ac media in Græcia, peragunt rem divinam; nec minus ob Architecturæ elegantiam & Histrici marmoris ornamenta; quæ in fronte haut vulgaria spectãtur. *T. S. Georgii*

Ædes *D. Lucæ* sita in urbis umbilico memoranda sepulchris Ludovici Dulcis & *Petri Aretini* Satyrici & impensè lascivi Poëtæ, cui summa capita mordere ludus, eoque *flagellum Principum* cogno- *T. S. Lucæ.*

men ei fuit. Sunt & alia Templa, in urbe & insulis, plurima, ornatu & sumtuosis operibus spectanda, quæ prætereo. Insulas paucas tantùm memorabo, extra urbem, Pontibus contiguam, positas: Harum meritò primum sibi locum vendicat *Muranum* ab urbe passus plus minus 1000. situm, pulcherrimum quà situ, quà ædificiis opidum, civili populo frequens: delitiæ & voluptas civium Venetorum: imò gloria Venetiarum *vitreorum* calicum nomine, qui hîc artificiosissimi & exquisitissimi magna copia & varietate formantur, magnâ cum oblectatione spectantium: His visis, spectanda & Templa egregiè structa & ordinata: item Palatia Venetorum, viridaria & *Horti*; inque his Ambulacra, Xysti, scenæ frondibus concameratæ, fructuum florumque multiplici colore distinctæ: parietes malorum Punicorum tapetibus vestiti: peristylia & exedræ picturis signisque ornatæ: Fontes postremò & Piscinæ, & cavernosi recessus coraliis conchyliisque elegantem in modum exculti: In *Ædibus* spectanda atria amplis spatiis patentia: cænacula & cubicula sumtuosissima, & omnigeno ornatu variaque supellectile pretiosissimâ ornata: atque hæc in plurimis ædibus longè

Muranno.

Vitrea.

Hortorum amœnitas.

Ædiũ ornamenta.

longè pulchriora quàm deſcribi, longè plura quàm recenſeri queant, ita ut hoc *Opidum* (ut vocant) anteferendum meritò ſit compluribus quæ ob rectorum multitudinem & habitatorum turbam invenêre ſpecioſum urbis nomen, ad elegantiam verò & magnificentiam ejus hautquaquam accedunt. neque tacendum quod locus hic ſuaviſſimarum oſtrearum copiâ excellat.

Hinc prætervectus Armamentarium & Caſtellum urbis ab alto mari munimentum egregium faucibus interrupti litoris impoſitum: *Carthuſianorum* Templum cum Cœnobio occurrit *S. Andreæ* ſacrum: Venetæ nobilitatis cœmeterium, tot enim Patritiorum in eo ſepulchra ſunt, ut plura in nullo alio eſſe exiſtiment. Inde ad imum urbis inſula *S. Helenæ* ſe offert ubi *PP. Olivetani* Templum colunt, ſplendidiſſimum & ad miraculum uſque ſumtuosè ornatum; incoluntque monaſterium magnificentiſſimum: Hinc rurſus contra Forum D. Marci inſulam *S. Georgii Majoris* conſpicis quam Benedictini PP. incolunt numeroſi; locus ſuopte ingenio amœniſſimus, Patrum ſumtibus ad miraculum excultus eſt; ſuppetunt namque ubertim opes, eſtque unum ex 4. Italiæ opu-

T. S. Andreæ Carthuſ.

S. Helenæ inſula PP. Olivetan.

S. Georgii Majoris inſula.

lentissimis Monasteriis : Templum habent augustum & pretiosum, cujus pavimentum vario marmore stratum ; altaria, statuæ, sepulchra Ducum ac Principum ; aliaque monumenta & donaria haut facile dictu est quanta sint ab arte pretioque: Monasterii sumtuosi longissimæ *Porticus*, *atria*, *cœnacula*, *cubiculæ* egregiè ornata, *Bibliotheca Cosmi* Medicæi (dum apud Venetos exularet) liberalitate constituta & instructa: Nec non *Horti* exculti ssimi & admodum spatiosi ; omnia visu & admiratione digniſſima sunt.

Iudeca Ins. Sequitur hanc *Iudeca* ab Iudæorum incolentium turba nomen habens, insula lunata theatri in speciem non perinde ædificiis ac *pratis & hortis* frequens. Sex sunt insulæ Pontibus nexæ, 9. sacras ædes continentes, quarum augustissima illa quam parentum nostrorum memoriâ ab atroci pestis lue liberata ac servata civitas *Christo Servatori* ex voto construxit ac dedicavit, & PP. Capuccini incolunt : structura Palladii est, & summa ædificandi peritiâ erecta. Proxima amplitudine & magnificentia est *S. Crucis* sacrarum Virginum curæ commissa; utilissima verò *Conversarum*. aluntur enim in ea Puellæ quæ meretriciam vitam aliquando secutæ, pœnitendo corrigunt erro-

T. Redemtoris.

T. S. Crucis.

T. Conversarum.

errorem, illæque potiſſimum quas formæ præſtantia & vigor juventæ magis opportunas libidini faciunt.

Ceterùm longius ab urbe ad mare Adriaticum *Methamaucum* conſpicitur Ducis Veneti ſede quondam nobile: Portum habet profundiſsimum, quem Meduacus fluvius efficit, & hodie *Brenta* audit, ad cujus oſtium Villa quo vulgo *Lizza Fuſina*, Latinis *Officina Leuca* appellatur, ubi fluvio impoſita moles; qua impeditur ne recto curſu influat in mare ac deferat ſecum arenam; hæc moles aperiri poteſt eaque aperta nautæ emiſſas aquas ſuppoſitis ſcaphis excipiunt & Venetiis divendunt, tanta eſt in urbe dulcis aquæ penuria. Ab Officina Leuca Patavium uſque paluſtres campi occupant: læti nihilominus & frequentibus Prætoriis exculti: occurruntque in via hominum ſurſum & deorſum incedentium magnus quotidie numerus.

Malamocco.

L. Fuſina.

Introrſus in termino Ducatus *Gambararia* conſpicitur, villa omnium Italiæ populo frequentiſsima.

Gambarare.

Inferius hinc alter Meduacus fl. hodie *Bacchilio*, minor priore Viceriâ per Patavium dilapſus haut procul Clodia Foſſa Hadriaticis ſtagnis miſcetur.

Chiozza.

Eſt autem *Clodia Foſſa* opidum amœnum

num ad marginem auſtralem ejus ſinus, quo Venetiæ ſitum; continentique nulla parte cohærens: oblongum eſt & in duas partes ab ampla platea medium ſecatur. Circumcirca frequentes Salinæ, è quibus Veneti mirum quantum ſalis, atque cum ad exteros tranſmiſerint, pecuniæ conficiant: ab *Clodio* Albanorum Duce nominatum putatur: Crevit tamen Methamauci, de quo ſupra, occaſu, & ſedes ejus Epiſcopalis huc tranſlata fuit unà cum jure ac nomine civitatis. Supra urbem eſt Portus Clodianus, infra eam *Brondolus*, quem *Athefis* fluvii Portus ſequitur & dein Padi, inter quos interius Loredum & Anconetta.

P. Brondolo.

P. del Adige à Poſſone.

Huc uſque de Venetiarum urbe ejusque in continenti Ducatus territorio anguſto: jam reliquas ejus Dominio, in Italia ſubjectas ditiones breviter referam, & ordine, incipiendo ab Iſtriâ extrema, prope fines Turcæ Provinciæ: termini ejus ſunt ad occidentem Timavus, ſive ut Plinius vult, Formio amnis, hodie *Riſanus* dicitur ad Septentrionem Alpes quæ Carniolam & Pannoniam ab Italia ſeparant; cetera mari Hadriatico cinguntur: Peninſulæ enim formam refert, pleraque inter duos ſinus Tergeſtinum & Carnarium mari cincta.

Iſtriæ fines.

Tota

Tota Regio aſperior eſt, collibus tamen potius quàm montibus aſſurgens, qui vini, olei, aliorumque fructuum races; frumenti, ceterorumque leguminum infœcundiores; exceptis agris Piſino & Humagio: *Mons* eſt qui *Major* vulgo dicitur, benignus herbarum medicarum genitor: Salem Iſtria abundè præbet: Piſcibus etiam dives ob ſinuum ibi & inſularum copiam. Ad *D. Vincentium* vaſtiſſimæ ſunt ſilvæ, materia navibus fabricandis munifica; Saxifodinæ quoque ſunt non inutiles: In Rovinienſi agro marmor cæditur quod *Hiſtricum* dicitur, maximi per Italiam precii: Incolæ re ſunt tenuiore, Venetis omnem negociationem ad ſe trahentibus. *Regionis qualitas.*

Opida per oram incedenti juxta ſinum *Carnarium* (ab marinorum fluctuum violentia, quâ frequenter hîc naufragia fiunt, appellatum) occurrunt *Vrana, Terra Nova, Albona*; edito in loco ſita: inde ultra Arſiam fl. *Promontorium Fanaticum* ſive *Carnarium*; Tum *Pola* urbs Epiſcopalis, in alto difficilique monte poſita, priſcum nomen retinens, Portum habens longum & latum, gemino cornu in mare, protendens. Permunitam habuit olim Arcem, ut ruinæ teſtantur, in montis cacumine, ubi etiam- *Golfo Carnario, olim Fanaticus ſinus. Albona. Pola.*

num ingens ciſterna, pluviis aquis ſervandis ſupereſt. Amphitheatrum videre eſt in ſuburbanis locis ex quadrato lapide, aliudque ampliſsimum ædificium, vulgo *Zadro* dictum, cum multis aliis antiquitatum variarum monumentis.

Rovigno. Sequitur *Rovinium*, opidum in inſula, quæ 1000. circiter paſſus complectitur, & lapideo Ponte continenti jungitur: Portus habet duos, unus *Vallis Boreæ* dicitur, alter in Auſtrum Africumque converſus, quem 3. inſulæ efficiunt: in agro ejus marmor cæditur quantivis in Italia precii.

Hinc *Lemi* amnis fauces ſuccedunt: & *Orſero.* mox *Vrſerium* opidum in monte poſi- *Parenzo.* tum: Tum *Parentium* civitas in peninſula poſita, mœnibusq; ac turribus eximiè munita: Portum habens navibus maximis excipiendis oportunum; & objectu inſulæ *D. Nicolai* tutum, in qua Cœnobium & Turris rotunda, è qua olim lumen navigantibus accendebatur: interius hinc in mediterraneis ſpectantur *Duo Caſtra Galignana*, *Pedena* opidum Epiſcopali fulgens dignitate, Valle & alia. *Pedena*

In litore poſt Parentium Quieti (olim Labuti) amnis oſtium latum ſe offert *Citta Nuova* & ultra illud, *Civitas Nova* in Æmoniæ *Vinoge* locum ædificata: Deinde *Daila* & mox

Vina-

Vinacum in ſcopulo ſitum, qui marinis undis circumfuſus, ager ejus ubique ferè planus & arvis atque ſilvis juxta dives. Hinc ſinus Largonius Diaconiam fl. excipit; circa cujus oſtium frequentes Salinæ & ulterius *Piranum* opidum luculentum ad collum montis utrinq; ſinum habens, quorum dexter & minor *Salvorius*, ſiniſter & major *Largonius* dicitur. *Pirano*

Succedit *Caſtellerium* cum Portu receſſuque maris. Tum *Inſula* Caſtellum, continenti Ponte lapideo nexum: Deinque *Iuſtinopolis* urbs Cherſoneſi primaria ab Juſtino Imp. olim denominata: parvam occupat inſulam, longam paſſus 1000. modicè laram, trino teli jactu à continenti diviſam, cui jungitur Pontibus qui verſatiles. Arcem in medio habet 4. Turribus munitam, *Caſtellum Leoninum* vocant: Ager ejus haud ignobili vino oleoque fœcundus, etiam ſalis copia abundat; Sequitur ad litus *Mugila* & dein *Tergeſte* Civitas Colonia Romanorum Epiſcopatus gaudens dignitate, & ab Archiducibus Auſtriæ unà cum Mugila poſsidetur. Hinc juxta litus ſinus Tergeſtini occurrit *Pucinum* perlautum opidum vinoque nobile: & *Mocolanum* in colle modico ſitum: tum juxta litus in edito jugo conſpicitur *Duinum* Caſtel- *Caſtellero. Iſola. Capo d'Iſtra* *Mu-glia. Trieſte* *Pucino* *Duino.*

lum munitissimum. Hîc jam Timavus amnis est & Istriæ limes *Fori*que *Julii* principium: orientem enim versus Sontius sive Formio amnis Foro Julio terminus est; ad Septentrionem Alpes Juliæ: ab occasu Alpes Vindelicæ, qua parte etiam Liquentia amnis hanc regionem separat à Marchia Tarvisina; ad Austrum Sinus Adriaticus: incipit à Planitie mari apposita, & paulatim assurgit primum in colles & dein in altissimos montes: Estque Regio campis læta fructuumque omnigenorum fertilis: beantque eam cœlum temperatum, aër salubris, Prata nitida, vina generosa, Silvæ munificæ, Montes metallorum, marmorum variorum & pretiosorum lapidum feraces, & præter hæc omnia Portus quamplurimi: Indigenæ ad humaniratis artes, mercaturam, aliaque honesta studia aptissimi sunt.

Friuli Provincia. ejus limites.

Qualitas.

Ab limite Istriæ primo se in ora maris pandit nobile divesque opidum *Mons Falconis*, in præcelso monte ab Theodorico Gothorum Rege conditum; Tum in dextra Sontii ripa *Gradisca* Propugnaculum anno 1472. à Venetis contra Turcarum incursus structum: Altiusque in sinistra ripa *Goritium*, opidum Comitatus titulo nobile, ubi fluvio Pons

M. Falcone.

Gradisca.

Goritia

trium

trium arcuum instructus, & juxta eum Turris erecta ab Comite Goritii: Altius Vallis *Roncina* & opidum: dein *Tolminum* ad Tolminam fl. Sontio se jungentem, unde non procul Sontius *Hydram* quoque excipit insignem fluvium, circa quem argenti vivi metalla sunt.

Roncina Tolmino Hydra fl.

Hinc ascendenti Sontium Vallem spatiosam, quam *Carporetinam* vocant, *Carporetum* opidum se offert, ubi Pons eximius uno arcu 60. pedum transitum jungit. Hinc rursus descendenti versus mare & meridiem Natiso fl. occurret & ad eum *Forum Iulium* civitas antiqua à quâ Regioni nomen, sita in faucibus Italiæ loco à naturâ munitissimo, mediam percurrit Natiso nobili lapideo Ponte stratus: Primùm à *Theodorico*, dein à *Cancano* Pannoniæ Regibus eversa, rursus ab *Rosimunda* Austria *Luitprandi* Langbardorum Regis vidua instaurata fuit, unde Cives *Civitatem Austria* eam dixerunt, quo nomine adhuc vocatur.

Carporetum. Cividad. Forum Iulii.

Ab hac urbe occidentem versus inferius in latissimis campis, *Vtinum* conspicitur, urbs ampla & magnifica cujus ambitus est 5. milliarium Italicorum, rebus omnibus necessariis affluens: 12. habet Portas, cingiturque fossa duplici, in quam Turrus amnis ductus, qui duo

Vdine. G. VVeyden.

illius

illius latera perſtringit: Intus ad collis radices (cui Arx permunita inſidet) Forum eſt ſpatioſiſſimum: eſtque aliud forum, quod variis artificum officinis cingitur: Cœlo gaudet temperato; opidani ſummo ſunt ingenio, ſplendidi & nobiles; Veneti Remp. regunt, miſſis eò Præſidibus, quos *Locum tenentes* vocant.

Palma Inferius hinc verſus mare & meridiem eſt *Palma* Nova urbs, ab Venetis anno 1593. menſe Septembri, ſtrui cœpta: Forma ejus ferè rotunda, & 9. propugnaculis ampliſſimis munitiſſima; profundâque foſſa & Vallo circumducto: in medio Arx erecta 5. propugnaculis firmata, in qua Venetus Præfectus habitat: atque hæc urbs magna tormentorum vi inſtructa: effoſſusque à Caortii & Marani lacunis canalis, per quem navigia ad urbem adpellunt.

Aquileia. Ab hac urbe inferius *Aquileia* eſt; à fontibus aquarum perennibus, quibus abundat, dicta: civitas antiquiſſima, olim ampla, adeoque frequens, ut 120. millia capitum hîc cenſa conſtet, fuit; magnificoque theatro, Templis aliisque operibus publicis & privatis ſupra modum ornata: *Auguſtum* amœnitate loci captum menſibus octo hîc cum conjuge habi-

habitâſſe, auctor eſt Sueronius, eundemque hîc controverſias *Herodis* & filiorum audiſſe, deque iis judicâſſe refert Ioſephus. Quin & Tiberii aliorumque Impp. ſæpe fuit domicilium: unde ſenſim tantum incrementi, tam opibus quàm ædificiis eſt adepta, ut *altera* diceretur *Roma*: Hodie infrequens eſt colonis & ad ſolitudinem propemodum perducta, & præter caſas & ruinas, & nomen amplæ quondam urbis nihil oſtendit. Ab *Attila* enim Hunnorum rege poſt triennalem obſidionem, capta & vaſtata fuit; obtruncatis 37000. hominum: Reliqui in inſulam propinquam *Gradus*, fuga elapſi, ubi in ipſis æſtuariis ejuſdem nominis urbem & Patriam ædificarunt: & ibidem Aquilejenſem Eccleſiam, auctoritatem & jus Primatus primùm habuiſſe ſcribunt: Sed quia & hæc urbs maximis ſæpe calamitatibus adflicta fuit, infrequentius hoc tempore habitatur. *Grada*

Superius hinc juxta ſtagnum ſive æſtuaria verſus occidentum *Maranum* eſt opidum munitiſſimum & incolarum frequentia ac divitiis præcellens; ſtagnum hoc *Corvatum* dicitur, & in ingentem ſinum panditur piſcibus mirificè abundantem. Opido Veneti Arcem adſtruxerunt, quod tam ob ſitum quàm munitio- *Marano.*

nes

nes nulla vi expugnari posse videtur: Non procul ab hoc Stella amnis in stagnum abit, cui altius paulò appositum est *Palatiolum* non inhonestum opidum. Sequitur Tiliaventum duplex flumen & ad illud *Tisana* opulentum & frequens opidum & altius *D. Viti* opidum perhonestum: atque Belgradum: inde in arduo difficilique monte nobilissimum opidum *S. Danielis*: item *Osopium* Castellum exiguo monti saxoso impositum, ad cujus radices Tiliaventus fl. labitur, mons hic è planicie emergit, & à natura ibidem positus videtur ad exteras nationes ab Italiæ ingressu arcendos, & Castellum longè munitissimum efficiendum: tria enim latera habet è quorum singulis petræ assurgunt instar turrium: Veneri autem hinc fines extenduntur usque ad locum qui vulgo *Pontiba* dicitur. Infra Osopium juxta Tiliaventum fl. in montanis jacet *Spilimbergum* opidum natura loci, opere ac mœnibus munitissimum, opulentum & frequens.

Palazzuolo. *Tisana* *S. Vito* *S. Daniele.* *Osopo.* *Pontiba Ven.* *Spilimbergo.*

Inferius rursus prope Fines Marchiæ Tarvisanæ ad Liminis fl. ripam *Portus Gruarius* occurrit, Plinio *Portus Romatinus*, olim civitas Episcopatu nobilis: Prope inferius *Concordia* rudera monstrantur in æde *S. Stephani* pauciſſimisque

P. Gruaro. *Concordia.*

que tuguriis : Supra Caſtellum eſt *Sextium* ad eundem fluvium poſitum : Item in vicinia ſunt Sumaca, Cordiva & Oha. *Sexto.*

Sequitur *Marka Tarviſina*; quæ à Tarviſio nomen accepit, olim Marchionum domicilio : clauditur ab oriente Liventia & Hadriatico freto ; à Septentrione montibus Tauriſanis; ab Occidente Ciſmona ac Bienta fluviis; à Meridie Muſone ac Patavina ditione. Regio eſt pernobilis & laura ditiſſimis opidis urbibusque ſplendidiſſimis nitens : indigenis, ingenio ad omnia promto, habitata. Campos habet amænos, ac vini, frumenti, cæterarumque frugum, & omnimodorum fructuum perfœcundos: Nec deſunt calidi & ſalubres fontes : varia metalla : multi nobiles amnes & lacus: Cælum ſalubre, jucundum & temperatum : denique tot dotibus ornata eſt Regio, ut inter præſtantiſſimas Italiæ recenſeatur. *Marka Trivigiana.* *Qualitas ejus*

Opida hujus Regionis ad *Liventiam* amnem, terminum Forum Julium inter & Markam, ſunt *Motta* Caſtellum non magnum, ſed vicis ſuburbanis perpulchris, lautoque & pernobili populo frequentibus, nitens. *Opitergium* opidum quondam celebre, ad quod tempore Romanorum *Liventia fl.* *Motta* *Oderzo*

mare

mare videtur acceſſiſſe, cum apud Plinium Portus Opitergini mentio fiat; Veſtigia veteris ejus fortunæ P. Merula ſe vidiſſe teſtatur. Altius ad Liventiam

P. Bufaleto Pordonenо. Portus *Bufaletius* eſt; & in vicinia oſtii Medunii Liventiæ ſe jungentis, *Portus Naonis* amplum, nobile & opulentum

Porciglie. opidum: altius Prata & intus *Porcilia* modicum quidem, at opulentum & nitidum opidum, quod cum Bregnara haud procul inde Comitum Porcilianorum Patrimonium: Tum ultra Medunum fl. juxta Liventiam, honeſtiſſimum

Sacile. ac ditiſſimum opidum *Sacile* ſitum eſt, multis Italiæ civitatibus lautitia, & populi frequentia minimè cedens: ædificia continet ſplendida, nobilesque & doctos

Serra vallis viros non paucos. Altius offert ſe *Serravallis* opidum opibus & populi frequentia cum multis Italiæ civitatibus committendum; celebris armorum bellicorum officina; pannorumque vini & frumenti negotiatione inclutum, & velut emporium Teutonicis populis, amnis Iſmeſulus illud percurrit: Situs ejus adeò amœnus, uti incolis quotidie numeroſior factus, ter neceſſe fuerit Mœnia ejus dilatare, quæ nunc 2500. paſſus in ambitu complectuntur: ager ejus vinetis & olivetis felix, frumenti fertilis,

paſ-

aſcuis dives: Lacus quoque & ſilvas aber, ut nec venationes nec piſcationes nec aucupia jucundiſsima uſquam eſint: ſedes fuit Regulorum Camienſium (quæ familia inter 5. nobiliores Italiæ fuit habita) & Richardus, poſtremus ex ea familia in Monaſterio *D. Iuſtinæ* marmoreum habet ſepulchrum: Veneti hic Senatorem habent cum Prætoria poreſtate, qui Iuſtitiam adminiſtrat & vectigalia curat: reliquum, quod eſt publici regiminis, penes antiquiores familias manet, quæ ferè ſunt 25. eliguntur que ex iis 35. viri quibus tota reip. adminiſtratio incumbit: Haud procul Serravalle monſtratur *Hoſtia* frequens & opulentum opidum, Arce, foſsis, mœnibus, & paludibus bene munitum. A Serravalle verò dextrorſum incedenti inter colles, occurrit civitas *Ceneta* Epiſcopatu nobilis, cujus Præſul etiam civile loci imperium habet: urbs verò vici ferè formam ſervat. Inferius eſt *Conegianum* partim in amœno colle, partim in planicie feracisſima conditum: colles olei, vini, fructuumque omnigenum feraces, ex quibus fontes undique ſcaturiunt; aucupium ad hæc & ferarum venatio multa; opidum ipſum magnificis ædibus ornatum,

Hoſtia

Ceneda

Conegliano.

rum, cœlo fruitur clementiſsimo, populoque eſt frequens, ut meritò ab Germanis *Kunigland*; id eſt Regalis regio nominetur. Prope jacent *Collaltum*, Narveſium & Caſtrum S. Salvatoris: Caſtella ditionis nobiliſsimæ familiæ Collaltorum Comitum.

Collalto.

Piave fl. *Plavis* ſequitur fluvius, qui priſcis Anaxus; objecta viſitur faucibus ejus

P di Ieſole. inſula *Æquilia*, in qua quondam *Æquilium* fuit, opidum ab Heraclianis conditum, ubi hodie *Citta Nova*, vel, ut alii, *Ieſolo*: Fuit eodem ſitu quondam *Heraclea*: deſertum fuit utrumque tempore Pipini, ut belli calamitates declinarent: nam aſſumtis ſuis omnibus Venetias migrârunt. opida autem dicta, deinde cremata, hodie paucis vix veſtigiis ſe produnt.

Porrò ad Anaxi ſive Plavis ripam, opida ſe offerunt, quæ vulgo Veneto, Limina, Aquorio & in Excelſis montibus *Feltria* urbs nobiliſsima, Epiſcopatus gaudens dignitate, & juriſdictione.

Feltro.

Belluno. Altius inter montes juxta Plavim *Bellunum* antiquiſsima & nitida, quamvis exigua, civitas, Epiſcopatus jure nobilis: ulterius juxta uallem S. Martini & Plavim, *Plebs Cadorina* ſub dominio ſuo continens Treponti, Aurono: Comeri &

Pieve di Cadore.

alia

lia opida inter montes asperrimos, fer-
i venis fœcundos.

Ad Silim venio, circa cujus ostium nodica visuntur vestigia *Altini*, urbis ntiquæ, de qua Martialis: *Altino destruta.*

Æmula Bajanis Altini littora villis
Phaëthontæi conscia silva rogi.
Quaque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno
Nupsit ad Euganeos Sola puella lacus.

Sola, ait, quoniam nondum erant Venetiæ quibus solis jam jus ibi & impe-ium: Deleta est ab *Attila* & ob ejus in-eritum fuit in proxima insula *Torcellum*: *Torcel-lo.* fuitque Altinum ab Antenore fundatum.

Silin ascendenti *Tarvisium* occurrit, urbs ædificiis magnificis splendida, opi-busque potens; editiore loco sita in campo spectatissimo, divisaque Sili amne, qui infra urbem hàc illac sæpe flectitur: Fontium amœnitate salubritateque stupenda est: antiqui seculi scriptoribus non nominata, ideoque non magni ævi putatur, quamvis aliqui eam ab *Osiride* conditam velint & miræ antiquitatis urbem dicant. Primam ejus memoriam habent Gothorum Historiæ. Cives humanitate sunt singulari, ingeniis igneis, quæque percipiendis literis, mercaturæ aliisque honestis studiis promtissima.

Trivi-gi.

Epis-

Episcopatus floret dignitate: & nobilitavit eam ortu suo *Totilas* Gothorum Rex, cujus Pater ejus situ supra modum capiebatur: Genuit & *Benedictum* XI. Pont. & alios viros claros. Post Gothos sedem hîc suam posuerunt, Langbardorum Marchiones; unde toti Regioni *Marka Tarvisina* nomen inditum. Pressa deinceps *Ecciolini* Tyrannide, Imperatorum Italiæque Regum, inde Carrariensium, hinc Scaligerorum, postremo Venetorum subdita fuit imperio, anno 1388. sub quibus postmodum mansit tanta fide; ut, cum ceteræ, anno 1508. ad Imperatorem aut Gallum deficerent urbes, hæc sola cum summo discrimine in obsequio perstiterit. Magna hîc agrorum est ubertas, ingens rei pecuariæ studium, copia tritici optimi, vini nobilissimi, aliarumque rerum admiranda. Supra Tarvisium haud procul à Silis fonte Castellum jacet *Casa Corba* vulgo dictum: & inde versus Septentrionem in collibus *Asulum*, Romanorum Colonia, & Cypri Reginæ olim delitiæ, quæ quarto ab eo lapide, in spatiosa planitie Castellum, muris undique 13. passibus ductis, & fontium piscinarumque oblectamento, multa condidit.

Casa Corba.

Asolo.

Hinc ad *Brentam* (olim *Medoacus*) amnem

nem altius, ad fines Tridentinos, *Grinium* cum rivo ejusdem nominis conspicitur: Tum inferius ad Brentam fl. *Primolanum* pariter Alpibus inclusus pagus. Inde *Cismona* Latinis Cisimons pagus cum fluvio cognomine: Inde difficile saxosum lubricumq; iter est ad *Carponis* opidulum adjacens Brentæ quoque flumini: Tum postremus inter Alpes *Culania* sequitur pagus ad Brentam situs. *Grigne.* *Primolano.* *Cismone.* *Carpo.* *Culaigne.*

Hinc ex Alpibus, velut ex carceris tenebris emergis in latissimos, fertilissimos & pulcherrimos campos, unde ad colles usque Euganeos prospectus amœnissimus: Primum hinc se offert *Bassanum*, opidum elegans & sat amplum, opificum maximè multitudine frequens, & potissimum sericariorum, qui quotannis 15000. pondo serici elaborant, idque adeò tenue, ut vel judicium vincat subtilitate: ab *Antenore* conditum vult Capuguanus, & ab ejus *Bassa* (quo nomine Phryges olim Præfectum appellabant, hodie Turcæ) nominatum fuisse: Sequuntur bina Castra: proximius *Goegum*, ulterius *Francum* dicitur, utraque ædificiorum magnificentia ac copia & incolarum dignitate ac multitudine claræ licet urbi æqualia. Exstat media in *Castro Franco* Arx muris ac fossis cincta, *Bassano.* *C. Gogo.* *C. Franco*

vetuſtate ſqualens & prope fatiſcens, id olim Caſtrum fuiſſe adfirmant incolæ, cætera quæ circa ſunt poſtea adjecta.

Nova-te. Inferius eſt *Novale* opidum quoque frequens, nobile & opulentum: A Baſſano Venetias uſque 18000. circiter paſſuum via eſt, ſed plana, lata, odoratiſsimis fragrans hortis, quos diſcriminant ſuperbiſsima Palatia: Beatum rus, beati Veneti colunt, exornârunrque ad eum ſplendorem, ut pulchrius ac felicius in terris nihil eſſe poſſe videatur: Sanè obſtupet viator, cùm velut certantes inter ſeſe Naturæ & hominum artes adſpicit.

Ruris hîc felicitas. Venetorum.

Fructuum copia incredibilis ac ſuavitas, luxuriantium germinum herbarumque ac florum ſolo innata ornamenta, liquores perlucidi amnium, riparum veſtitus viridiſſimi, puri cali perpetua prope ſerenitas, aëris verna ſemper temperies à propitia *Natura* ſunt; cætera homines inædificârunt.

Hîc Venetiarum quanquam nondum eas oculis cernas, ſpeciem quandam animo concipis; arguendoque à ſuburbani ruris magnificentia, urbem ipſam cælo æquas: & jam prope eſt ut adſpicias *Meſtrium* opidum, ad Muſonum amnem ſitum: olim quàm nunc opulentius, ante pertranſeundum, & cymbulâ petendus Portus eſt, quem vulgus *Malgeram* Lati-

Meſtre

Mar-gera.

Latini *Megaram* Turrim vocant, inde sensim se prolatantibus ripis in Hadriaticum stagnum evectus, spectas fulgentes inter Neptunia arva, Venetias, superbas moles, *Naturæ Miracula.*

Nos vero, relicta urbe, amœnissimam ac fertilissimam Patavinam regionem Tarvisianæ vicinam, & ipsam urbem *Patavium* lustrabimus: Agrum Patavinum à Meridie *Atheſis* fluvius procurrit; à Septentrione *Musonus* parvus amnis & *Brenta* dilabuntur; ab oriente æstuaria Venetiarum; ab occidente verò colles sunt Euganei & ager Vicentinus; Patet omnis hic circuitus 180000. passus, in quo 647. villæ seu pagi. Ager ejus frumenti, variorum fructuum, vini etiam generosissimi ferax, Venationibus insuper aucupiis & piscationibus frequens, mirabilem omnium rerum copiam incolæ triviali celebrant Proverbio: *Bologna la grassa, Padoua la passa, è Vinegia la guasta.* Nitet undique Regio hæc pagis, vicis, & villis ornatissimis, quæ ferè sunt Patritiorum Venetorum, qui mensibus æstivis ruri plerumque cum familiis agunt. de hoc *Const. Palæologus* dixisse scribitur: *Nisi sciret à sanctissimis viris affirmari, in oriente Paradisum esse, arbitrari se non alibi eum reperiri posse*

Ditio-nis Patavinæ fines.

Fertilitas.

quàm in perſuavi Patavina amœnitate.

Padua Civitas ejus princeps, adeoque Venetiarum mater, quæ filiæ ſuæ hodie paret, eſt *Patavium*, flos & decus urbium Italiæ, ab *Antenore*, Trojâ profugo, condita; cujus epitaphium, non magni tamen ævi, in *D. Laurentii* æde legitur. Sita eſt loco plano, placidiſſima cæli fruens temperie; ſumma ſoli bonitate; Euganeorum montium amœnitate, marisque vicinitate, beata: perluit eam Brenta amnis 38. pontibus lapideis ſtratus. Ambitus ejus duplex, Exterior 6200. paſſus continet; cum 6. Portis magnificis; Interior qui & elevatior 3000. Supernè deambulacrum habens perpetuum: Intus magnifica & ſplendida, rebus omnibus affluens; ſilice ſtrata: foſſis, vallis & propugnaculis undique bene munita: ædificia ſacra & Publica habet ſumtuoſa & magnifica, civium domos 4000.

T. D. Iuſtinæ Cathedrale. Templum Cathedrale ab *Henrico* Imp. ſtructum ſub ſe habet 22. Baſilicas intra urbem ob ſplendorem tali matre dignas, plurimas etiam ſuperiores.

Monaſteria PP. *Monaſteria PP.* ſunt 23. inter quæ excellunt *D. Iuſtinæ* auguſtiſſimum Templum ampliſſimo campo quod *Pratum vallis* dicitur, imminens: & adjacentes ampliſsimæ *PP. Benedictinorum* Ædes, amplius 500. paſſus

& Monaſterium.

ſus quoquò verſus patentes, clauſæque foſsis Caſtelli in modum: olim Junonis ibi Fanum fuiſſe creditur & *T. Livii* ſepulchrum: hodie Templum hoc Caput eſt *Epiſcopii* & plane novum cujus reditus 22000. aureorum ſuperare dicuntur: intus egregiè ornatum eſt. Huic proximum dignitate, ornamentis etiam ſuperius eſt *T. S. Antonii* cujus inibi è candido marmore tumulus; & miranda opera, in candido quoque marmore, quo paries veſtitur, artificio ſummo expreſſa; Templi tectum plumbeum eſt, pavimentum marmoreum: & 2. turribus ſuperbit. *T. S. Antonii de Padua*

Sequitur *D. Auguſtini PP.* Prædicatorum auguſtiſsimum Templum 12. columnis ſuffultum & 6. arcubus maximis: in quo multa ſplendida ſuperba & verè monumenta Carrarienſium Patavii olim Principum; item *S. Mariæ in Vantio Vico*, Sacerdotum ſecularium *S. Mariæ Gratiarum* ad Pratum vallis: *PP. Soc. Jeſu* ultra Pontem S. Sophiæ: *S. Salvatoris* Novum cũ amœniſsimis hortis Clericorum Regularium. *T. S. Auguſtini.* *T. S. Mariæ Gratiarum.*

Virginum ſacrarum intra mœnia numerantur Cœnobia 29. inter quæ eminent *D. Stephani*; & *D. Magdalenæ Converſarum* ſeu *illuminatarum* ad ædem *S Sophiæ*. Ante annum 1519. & bellum Maximiliani I. Imp. extra murorum ambitum in *Monaſteria Virg.*

ſuburbiis 3000. domorum connumerabantur; Monaſteria PP. 4. Virginum 6. Templa 5. Xenodochia 7. quæ poſtea ab Veneris ſolo ſunt æquata ne hoſtibus deinceps ad urbis detrimentum receptaculo eſſent. hodie intra urbem Noſocomia 3. ſunt, Lazaretum peſte infectis attributum: S. Lazari leproſis: S. Franciſci reliquis ægrotantibus: Xenodochia totidem ſunt: S. Antonii de Vienna, S. Leolini ad Pratum Vallis, juxta Portam S. Crucis, & S. Iacobi, omnia pauperum peregrinorum.

Xenodochia.

Eſt & Orphanotrophium in vico omnium Sanctorum & Domus Dei expoſititiis infantibus dicata. *Mons Pietatis* inſtitutus anno 1491. cujus ærarii ſors 38000. aureorum ex civium liberalitate ſuperat. Præficiuntur 7. Domibus, quæ oportuno urbis loco ſitæ, viri nobiles datis fidejuſſoribus annuatim, qui pro pignoribus mutuo dant, infra 30. ſolidos, gratis: Supra, quinque tantum fœnoris nomine pro centenario exigentes, ad miniſtrorum impenſas, quæ 3000. aureorum quotannis ſuperant, ſuſtinendas: quod ſupereſt in pauperes annuatim dividitur, ſorte ſemper manente, & ex piis eleëmoſynis, præſertim quæ feſto Paſchatis colliguntur, quotannis creſcente:

Mons Pietatis.

cente : res nulli non institutæ laudabiliter reip. imitanda.

Inter Politica ædificia princeps est Palatium seu *Curia*, totâ Italiâ nominatissima ; Henrici Imp. opus, in quo jus dicitur: Aulam habet ampliſſimam, uti quæ longa paſſus 180. lata 40. tegit eam Ligneus fornix plumbeis laminis coopertus, & quod mirum, nullis columnis ſuſtentatus: Porticus adſtructa columnis marmoreis ſuffulta. In Aula hac conſpiciuntur *T. Livii* iconicum ſimulacrum : Speroni Speronii monumentum ; effigies Petri Aponi ; Alberti Eremitani & Iulii Pauli Iuriſconſulti illuſtrium Patavinorum civium : quibus annumerare poſsis *C. Valerium Flaccum*, Argonauticorum ſcriptorem, *L. Aſinium Stellam*. *Q. Aſconium Pædianum* Grammaticum ; decora Patavinæ urbis : His adcenſendus *C. Cornelius Augur* Patavinus, qui Pharſalicæ pugnæ faciem in collibus Euganeis prope Templum *Geryonis* ſedens, lymphatus vidit, reciprocas prælii vices narravit, *Cæſarem viciſſe* exclamavit : Addendus & *Maximus Olibius* qui Plutoni ſacram illam & ingenioſam dedicavit lucernam ; quæ per multos annos ſub terrâ arſit : juxta *Ateſtem* municipium Patavinum anno 1500. in-

Curia.

Illuſtres Patavini viri.

venta in urna fictili inter duas ampullas, aureo alteram, alteram argenteo liquore plenas, cum versibus elegantissimis urnæ majori inscriptis. Edidit verò Patavium postea plurimos claros viros, quos prætereo.

Cæterùm juxta Curiam magnificè habitat Prætor. In *Fori* ibi angulo, prope ædes Comitum Collaltinorum loculus marmoreus 4. columnis sustinetur; in quo *Antenoris* cineres servari volunt; forum hoc congressibus & deambulationi nobilium civiumque ferè dicatum est: præter quod alia sunt 4. scilicet Olitorium, Frumentarium, Lignarium, Palearium. *Fra.*

Maximè verò fulget hæc urbs, *Academiâ* omnium disciplinarum, ubi quadratum peristylium duas Porticus ambulatorias excipit, contignatione alteram ab altera distinctas: Constituta fuit ab Imp. *Frederico II.* ut Bononiensis Gymnasii gloriæ officerer; certè æquata fuit ditataque Privilegiis iisdem, quibus antea inter Italicas Bononiensis sola excellebat: Neque desunt gloriæ ejus Veneti, qui & Medicis Hortum simplicium formâ sphæricâ amplum & irriguum maximo suo sumtu & studiosorum commodo præstant. Sunt & *Collegia* literaria gra- *Academia.* *Collegia.*

gratuita 9. sustentandæ studiosorum inopiæ instituta: Item *Bibliothecæ* Græcis Latinisque libris abundè instructæ: una apud *S. Ioannem* in Viridario: altera apud *S. Iustinam*: tertiâ apud *S. Antonium*: Situs urbis & ædificiorum structura efficiunt ut *omnium horarum civitas* dici possit; *Porticuum* enim series per omnes ferè vias protensa, hyemis injurias & æstatis fervores avertit: inter Privatorum ædes spectandæ, Regia Carrarienſium, urbe media: Doctorum cum Colosso lapideo ad *D. Firmi*: Capilistarum ad *D. Danielis* ædem, cum equo Trojano. Item *Petrarchæ* Domus: & Rhamnusia & Bassianorum quam vulgus *Livii* falso nuncupat, &c. *Bibliotheca.* *Porticus.*

Incolæ summis præditi sunt ingeniis, ad arma, literas omniumque virtutum studia promti: *Cives* inter præcipuas artes adhuc, uti & olim, Lanificium exercent: numeranturque in urbe civium capita 38000. quorum multæ familiæ nobilitate fulgentes. *Regitur* à duobus senatoribus Præturæ ac Præfecturæ nomine, qui cæteris Rectoribus dignitate præcedunt. *Cives.* *Regimen.*

Septentrionem versus ab urbe ultra Brentam *Citadella* est opidum lautum, *Citadella.*

nobile & frequens ab Patavinis conditum anno 1100. & inferius ad Musonum *S. Petri* Castellum, unde hujus nominis familia, quæ Ezzelino Tyranno restitit, oriunda. Rursus ad Brentam infra Patavium juxta viam quæ Venetias ducit *Strada*, Dolum, viculi: & *Oriacum* quasi *Ora Laci* quia lacunæ eò usque pertingebant. Prope ad fossam est *Gambraria* villa omnium Italiæ villarum populo frequentissima, juxta viam hanc arva feracia & ampla prospicis, Palatiaque Regia jugis vici formam exhibentia.

Campo S. Pietro.
Stra.
Oriago
Gambarare.

Versus occidentem & meridiem ab urbe Patavio, *Euganei colles* amœnissimi occurrunt: & in his 5. à Patavio lapide *Aponum* balneis calidis frequens, in quibus tamen herbæ integra luxuriant viriditate: ad sinistram est *Praja* PP. Cassinensium Abbatia opulentissima in ampla & amœna planitie sita: Est & prope *B. Mariæ* Virginis *Ortoni* Montis Templum miraculis clarum, & circumcirca Palatia visuntur innumerabilia. & quidem ad alveum qui Ateste Patavium fluit Regium Obiciorum Palatium quod *Catajum* vocant in colliculo structum, cui nunquam ad aucupandum volucres, aut ad venandum feræ deesse possunt.

Euganei M. Abano: bal.
Prata Ab.
S Maria in M. Ortone.
Catajo

Hinc occidentem versus Montem

Venda

Vendæ conſcendis, vini oleique fertilem, ex quo amœniſsimus in longè circumjacentes regiones & maria proſpectus: PP. Olivetani in eo habitant & benignè hoſpites excipiunt: inde 3000. paſſ. abeſt Abbatia *Carcerum* ditiſsima PP. Camaldulenſium. Eſt & in vicinia *Gemmula* M. Mons olei quoque & vini ferax, in quo Beatrix Ateſtina, nobiliſsimo genere Virgo Cœnobium inſignæ erexit, remotaque à convictu hominum ſanctè Deo famulata eſt. *Vendæ.* *Carcere* *Gemmolæ.*

Minimè verò prætereundum *Arquatum*, vicus vicinus ædificiis ſat pulchris habitatus, celeberrimus autem *Fr. Petrarchæ* literato labore, cujus mox in introitu Templi ſepulchrum 4. columnis è rubro marmore, ſuſtentatum oculis eſt obvium: in editiore vici parte ejuſdem ſatis lautæ ædes, cum abaco & ſella inſignis opificii: Adhæc Bibliotheca cum impolitis aliquot ſedilibus, cumque murilegæ oſſibus ita compactis ut ſpirare videatur: nusquam cœlum clementius quàm in his collibus, nusquam vina ſuaviora. *Arqua.*

Non procul hinc, ultra alveum qui Patavium fluit, conſpicitur *Mons Silicis*: Acelum Plinio, opidum admodum nobile & antiquum, collibus undique ſep- *Monſe lice.*

tum, cui rudera Arcis olim munitiſſimæ imminent; fuit & *Mons Divitiarum* nuncupatum : eſtque hîc optimarum, ad Theriaces compoſitionem, viperarum venatus frequens.

Eſte. Succedit *Ateſte* nobile & antiquum opidum, nobiliſſimæ Eſtenſis familiæ origo, quorum Principum multa egregiaque monumenta in æde ibi *D. Franciſci* extant; Palatiumque eorum in Prædicatorum PP. Cœnobium mutatum eſt: opidum ipſum omnibus rebus & vinis præſertim optimis abundat, cives ſive incolas numerat 10000. quorum reditus annui publici 18000. aureorum nummûm.

Rovere do. Montagnana. Ulterius *Roboretes* ſequitur; & juxta illud, meridiem verſus *Montaniana* tantæ frequentiæ, ut civitas potius ſit quàm opidum, nobilitateque & divitiis cum Ateſte contendat, in agro ejus cannabis proventus incredibilis.

Patavio inter orientem & meridiem verſus Foſſam Clodiam & mare ager Patavinus longè fertiliſsimus eſt, & incolis frequentiſſimus : ibi *Plebiſacum* Caſtellum occurrit : & *Pulverara* pagus, ubi gallinarum, gallorumque genus adeò vaſti corporis, ut grues videantur, quodque miraculi eſt inſtar, degenerant ſi

Pieve di ſacco Pulverare.

alio

aliò traducas. Propè ad Brentam noviſſimam *Bovolenta* eſt vicus adverſus ſubitos hoſtium incurſus ſatis ſecurus, uti ad confluentes Brentam & Bacchilionem fluvios poſitus. Hinc Rodigium verſus & Ferrariam *Conſelva*, occurrit pagus, & diverſorium ejuſdem nominis; deinde in ripa Atheſis *Anguillaria*. *Bovolenta.* *Conſelve.* *Anguillara.*

Ultra Atheſin *Peninſula Rhodigina* eſt, ſic dicta, quòd fines ejus inter Padum, Atheſin, Tartarum & Caſtagnarum fluvios, atque mare Venetum contineantur. Civitas ejus eſt *Rhodigium*, quam placidum Atheſis cornu perluit, ambitu ſuo ſupra 1000. paſſus complectens: dives opidum, & 10000. civium nobiliùm florens: Arce antiquiſſimâ, Turri pulcherrima & muris, foſſis, turribus, Palatiis & publicâ Areâ ornatum ab Equitibus, Doctoribus & nobilibus viris inhabitatum; Clarorumque virorum ingeniis celeberrimum; & in frontiſpicio Templi *D. Franciſci* viva conſpicitur imago *Ludovici Celii Rhodigini*: iconque Virginis Deiparæ, quam *Auxiliatricem* vocant, ab editis ibi miraculis: Porrò Epiſcopus Adriæ hîc ſedem ſtatuit, urbemque Senator Venetus titulo Prætoris Præfectique totius Peninſulæ regit, forenſes & jus dicentes peritos *Polesmo di Rovigo* *Rovigo*

ſecum habens, militumque Vice Ductorem, ſeu, ut vocant, *Vice-Collateralem*.

Adria *Adria* verò antiquæ civitatis veſtigia inferius in inſula, Tartari amnis ſpectantur pauciſſima, nec mirum, cum olim Strabonis ævo penè periiſſet. Conditor ejus *Bromedes* fuiſſe dicitur, fuitque olim adeò illuſtris civitas, ut mare *Adriaticum* inde nomen ſortitum ſit.

Cætera hujus ditionis opida præcipua ſunt *Lendinaria*, & *Abbatia* terræ opimæ: & inde meridiem verſus Fanum *S. Bellini*, Martyris & Præſulis Patavini cujus ibi corpus ſervatur, precibusque ſuis adjuvat morſus à canibus rabidis: Propè ſunt Fratta, Arqua & alia loca villæque præſtantes: ampla enim hic planities, & agri feraciſſimi, unde meritò à cunctis *Venetum Horreum* nuncupatur.

Lendinaria. *Labadia S. Bellino*

Huc uſque de Regionibus, intimum maris Adriatici ſinum, & ipſam urbem Venetias, circumjacentibus & quaſi coronantibus. Pergo jam interius & reliquas ditiones Venetûm, inter Alpes & Padum ſitas, inviſo: Harum primum & proximum eſt *Vicentiæ* Territorium, Patavino, Veronenſi & Tarviſiano cinctum. Agri ejus ſumma amœnitas & uberras, Palatiis enim & pagis adeò eſt excultus,

Territorio Vicentino

ut

ut magis ad delitias quàm ad uſus formatus videatur. Vinum profert citra Lirin fl. totius Italiæ generoſiſſimum. Venatione & aucupio gaudet admodum: ſunt namque damæ, Capreæ, Apri, Perdices, Cothurni, avis *Attagen*, quæ nullo alio Italiæ loco reperitur: incredibilis lactis, butyri & caſei copia, tantus denique rerum omnium proventus, ut *Hortus* vulgò & *Viridarium Venetæ civitatis* audiat.

Civitas ejus princeps, & Epiſcopi ſedes, *Vicentia* non uſque adeò elegans & magna, (circuitus enim ejus unà cum ſuburbiis 4000. paſſ.) ſed populoſa, rerumque omnium copiâ abundans: continet hominum 30000. & inter hos 200. familias quarum reditus annui 1500. coronati, & amplius, eſtque viris equeſtris ordinis gratiſſimum domicilium: clerus quoque dives eſt, percipitque ex beneficiis ſuis eccleſiaſticis annuatim 125000. coronatos. Publici urbis reditus annui ſunt 8000. aureorum nummûm: Contribuit autem Principi annuatim 80000. ducatorum; citra aliud militare onus. *Vicenza.*

Sita eſt juxta radices Collis, duobus amnibus quibus navigabiles, Rerone & Bacchilione. inæqualiter diviſa: duplici muro-

murorum coronâ cincta: patensque Portis 8. *Pontes* fluvius instructos lapideos & sublicios numerat 7. quorum unus ex unico constat arcu eximiæ structuræ; duo verò sunt priscæ antiquitatis: Dividitur in 15. Regiones & totidem Parœcias: Xenodochia opulenta continet 11. Cœnobia Virginum 7. Mulierum Reformatarum 2. Patrum cucullatorum 17. Presbyterorum Reformatorum 3. Oratoria 6. Macella publica 4. Fora 6. scil. Annonæ, olitorium, boarium, piscarium, Curiæ Episcopalis, & Nobilium verè magnificum, in quo Palatium Prætoris superbum & spectatu dignum. Ædesque Publicæ Montis pietatis ad pecuniam pauperibus mutuandam erectæ aliaque hic & alibi Palatia multa & sumtuosa Principum magnorum hospitio non indigna. Elegantissimum insuper *Theatrum* ab Academicis Olympicis ædificatum in cujus 14. gradibus & Orchestra spectatorum 3000. commodè sedent: excipiuntur hic quotidie Principes & urbis Rectores, habenturque ab Academicis Orationes ac recitantur carmina, magno hominum concursu: Ecclesia *D. Laurentii* spectanda Aræ majoris saxum solidum stupendæ longitudinis.

Pontes.

Fora.

Palatium.

Theatrum.

Collegia.

Tria habet hæc urbs *Collegia* Physicorum,

rum, Juriſconſultorum & Tabellionum, Lanariorumque ſocietate magna fruitur: Bombyces unicè hoc ſaluberrimo cœlo gaudentes ſerici immenſos elargiuntur Theſauros.

Regitur hæc urbs conſilio 80. virorum: habet & Conſilium 500. virorum, quod ter in anno cogitur, ut Magiſtratus ſervosque publicos ſortiantur. Ex Patritiis X. Viri Deputati rebus publicis curandis præſunt; Conſules 12. cauſas criminales judicant, neque ab his (quod hîc ſingalare) appellari poteſt. Præfecturis potitur 11. quò ad jus dicendum Primates mittuntur; ipſa Prætorem, Præfectum & Camerarium tres nobiles Venetos pro Rep. agnoſcit illisque obſequitur inviolata fide. *Regimen.*

In Suburbiis *Horti* multi ſunt & egregii, inter cæteros extra Portam Veronenſem Hortus & viridarium Comitis Valmaranæ hilaritati & genio ſtructus ſumtu regio: Prope eſt Abbatia PP. D. Benedicti; & Pratum latiſſimum, flumine cinctum, *Campus Martius* vulgo audit: Extra Berici Montis Portam *Arcus* ex marmore ſuperbus ſpectatur eique adſtructæ ſcalæ longiſſimæ ex eodem marmore; ſi montem ulterius paulò aſcenderis, *Palatium* ſphærica formâ ſe offert *Horti.* *Campus Martius.* *Arcus.* *Palatium.*

offert eleganter & sumtuosè structum: in via quæ Patavium ducit, post 3000. passuum occurrit *Capinta*, Palatium Principe dignum. Ulterius versus Patavium *Mons Gaudius* spectatur, Scaligerorum olim deliciæ: nunc Contareniæ familiæ quæ in vicinia plano loco aliud habet Palatium omni ex parte superbum, amplum & magnificum: Altius à Monte Gaudio juxta Fossam *Camissanum* opidum est, Vicarii sedes 38. locis imperantis: ulterius in montibus non procul à Brenta amne *Marostica* visitur, opidum, ut nunc est, olim à Scaligeris exstructum, muris fortissimis cinctum & 2. Arcibus munitum; Templisque multis ornatum: Antiquitus steterit in vicino monte à Mario Consule ædificatum & *Marostica* quasi *Marii Statio* dictum, cujus adhuc vestigia exstant. Opidani inter se rixosi sunt; unde de iis Poëta quidam:

Capinta. M. Galda.

Camissano.

Marostica.

Restat & in populo Marii discordia prisca,
Qua cum Syllanis savit in urbe viris.

Alluitur opidum fluviolo Roza, ab quo 2000. passus alter *Syllanus* à Sylla dictus, qui olim Marium cum exercitu, ibi prælio vicisse dicitur. Locus hic aëris salubritate, amœnitate, fœcunditate optimorum fructuum, & præsertim cerasorum (quæ *Marosticensia* hinc audiunt) copiâ

copiâ nulli cedens, Fontibus optimæ aquæ abundat. Juxta montium clivum *Bragancia* jacet vicus magnus & vini bo- *Bragan* nitate nobilis. Inque ipsis montium ju- *za.* gis opulentissimi illi 7. pagi, à Venetis immunitate donati, ob fidelem bello Germanico operam Reipub. præstitam: dicunturque 7. *Communia.*

Rursus Vicentia Atestem versus & Austrum continui colles sunt, amœni & fertiles, Itali *Rivieram* vocant, in his quinto ab urbe lapide *Custodia* oc- *Costo-* currit pagus hodie, olim Castellum mu- *za.* nitum: Specus ibi videndus mirabilis Brendulas usque 7000. passuum longitudine pertingens, concamerata & 1000. columnis sustentata, cubiculisque distincta, fontibus scaturientibus irrigua: Est in vicinia *Crypta* cui adjacet nobi- *Crypta* lis viri Hortus cum ædibus in quarum *Cubalo* fronte inscriptio naturam loci explicans, hæc:

Æolus hic clauso ventorum carcere regnat.

Tum in lapide quadrato: *Franciscus Trideteus Vicentius Iurisconsultus. Hierosolymitani Equitis filius, gelidi venti flatum in caverna,* Cubola *vocata, spirantem, in ades proprias per hanc Crypto Porticum deduxit, ad temperandum ardentes & æstivos calores, tum cohibendo tum relaxando, novo*

atque

atque mirabili artificio, per cubicula quaque ducendo, quæ pro lubitu suo refrigerare & calefacere valet: ita ut ejus Villa, ingenii, diligentia, impensa ac æmulatione ornatior effecta, inter Regia ornamenta connumerari possit: anno M. D. LX. ætatis suæ XXII.

Barbarano. Inferius *Barbaranum* occurrit Caput Præfecturæ 11. pagorum: Eodemque tractu dextrorsum *Aurelianum* 10. pagorum vicarium habens.

Origano.

Ab altera Parte Vicentiæ versus Septentrionem & occidentem *Thienis* opidum conspicitur omnibus florentissimum, cui præest Vicarius 21. locis jura dicens. Adjacet Palatium Portorum Comitum magnificentissimum, hortis, fontibus, labyrintho, topiariis aliisque totius Italiæ pulcherrimis & amœnissimis rebus ornatum. Hinc *Sumanus* sequitur Mons nobilium stirpium varietate & D. Mariæ Templo celebris.

Thiene

M. Sumano.

Schlio. Ad radices ejus *Scledum* occurrit, parvæ urbis speciem habens: supraque 5000 homines continens, quæstum magnum facit mercimoniis, præsertim pannorum & vellerum nobilium: Præsidet ei & Villis 15. Vicarius: & *Malado*, opido vicino Vicentiam versus alius Vicarius 6. villarum Præfectus; horum locorum latera ab occidente clauduntur fertilibus

Malo.

&

& amœnis collibus, fructuum variorum & vini optimi copiâ ornatis.

Hinc occidentem versus ad Guam amnem *Valdaneum* spectas in planitie situm opidum frequens & Lanificio deditum, cujus Præfecto loca 14. parent; inferius sequitur *Arsignanum*, Latinis *Arx Lani*, vicus frequentissimus & antiquissimus, ubi lanarum mercatura copiosa: Huic succedit *Mons bellus* & sinistrorsum ab eo *Monticulus* in 8. Stadiorum longitudinem exporrectus Vicus, cujus Vicarius 6. locis præpositus est. Inde Vicentiam versus sequitur *Brendola* ubi vicarius 10. locorum residet; inde rursus versus meridiem *Leonicum* se offert opidum in planitie, frumenti feracissima situm, cives continens 3000. quatuor Præfecto ejus subsunt loca: Præfectus ejus nobilis Venetus est, qui civilibus causis ad certam usque summam jus reddit, ultra quam Vicentiæ de jure respondetur: Ulterius in locis maximè frumentariis, & cannabis ferrilibus *Colonia* opidum nobilissimum occurrit 12. pagorum caput; civibus humanissimis supra 3000. frequens, qui insulæ Judecæ Venetiarum civibus annumerantur. Hinc 2000. passibus Patritius Venetus, quirinæ gentis, *villam* habet, quam paries signis ambit,

Valdagno.
Arzignano.
M. Bello.
Montechio.
Brendola.
Lonigo
Cologna.
Villa
signis

ambit, perſica & pyra mirandæ producentem magnitudinis: Hæc de Vicentiæ regione.

Territorio di Verona

Sequitur Vicentiæ, Veronæ Territorium ab cæteris partibus Mantuæ & Brixiæ territoriis cinctum, longè lateque ſe extendens, complectensque amplos & fertiles agros, editiſſimos montes, amœnos colles, denſiſſimas ſilvas, & nemora: in quibus omnibus limpidiſſimarum aquarum ſcaturigines, flumina minora novem & regale unum, mediam regionem perluens, Lacus item Benacus ingens & amœniſſimus: Nuſquam frumenti & vini uberior proventus; nuſquam olei pomorumque ſuaviſſimorum major copia: Avium præterea, agnorum, hœdorum, vitulorum, magna abundantia; Cannabis item, linique & lapidum diſcolorum: Pagi pulcherrimis Palatiis ornantur, & ne longum faciam, nihil eſt quod in agro Veronenſi deſiderare poſſis.

Verona

Situs ejus.

Civitas ejus *Verona* ampla, ſplendida, magnifica & populoſa, natura, ſitu & pulchritudine ædificiorum nobilis, æquo ſolo recumbens, tellure ad Septentrionem leniter aſſurgente, jugisque Theatralem penè formam exprimentibus, Atheſi flumine dividitur, munitur

&

& circumquaque cingitur. huic intus 4. *Pontes* insignes instructi: excellit verò *Pontes* qui Arci adstructus, structuræ adeò raræ ut omnes Europæ Pontes magnificentiâ superare dicatur. Vias habet amplas & rectas lapide coctili stratas: Areas spatiosas sive *Fora* quò ad mercatum confluitur, multa: alia quò nobilitas, alia quò mercatores conveniunt, in Primario mercatorum *Fons* est nobilissimus, ornatus marmorea & pretiosa urbem repræsentante, statuâ sub cujus pedibus regium diadema collocatum. Forma urbis ferè quadrata est, & ambitu suo comprehendit 7. milliaria, non comprehensis suburbiis, quæ undique amplius passuum millibus extenduntur: incolas alit circiter 70000. interque eos plurimas nobiles & illustres familias: Egregiè insuper munita est tam natura quam arte, propugnaculis inprimis, summo artificio perfectis; murisque prodigiosæ crassitiei, qui turribus, tormentis æneis aliisque firmati: fossis item latis ac profundis quæ perpetuis, Athesis fluminis, aquis stagnant: Tandem & binis *Arcibus* nobilissimis, quarum una Athesi penè incubat & *S. Petri* vocatur ab Cane Scaligero excitata: altera, *S. Felicis* eminentiore loco & quasi in vallis superci-

Fora.

Ambitus urbis.

Munimenta.

Arces.

percilio ſedens urbis mœnia deſpectat, & longè lateque in circum-Padanos agros totamque fere Cis-alpinam Galliam pandit proſpectum. Sunt & aliæ Arces, Caſtellum Vetus, & quæ vulgo *Citadella* dicitur: Quotidie enim Veneti urbem momentoſam magis muniunt, & inexpugnabilem reddere ſatagunt.

Portæ. Portas habet 5. ſtructuræ raræ & elegánter ſculpturis, ſtatuis, marmoreiſque columnis ornatas tormentiſque æneis tutas.

Intus plurima ſunt quæ miram urbis

Antiquitates. arguunt magnificentiam & *Antiquitatem*: nam & veſtigia maxima Theatri ſub Arce D. Petri, cum integra Scenæ porta in colle cernuntur: & Naumachiæ, quæ fuiſſe dicitur ubi nunc PP. Dominicanorum Horti: item plurimorum Arcuum triumphalium & aliorum: inter quæ excellit *Amphitheatrum* quod hîc omnium maximum & ampliſſimum media urbe aſſurgit: integrum quoque magis eſt, quàm aliud ullum Italiæ, ita ut ex iis relliquiis totius ſtructuræ ordo & magnitudo facile cognoſcatur, quantaque ejus ars & pulchritudo fuerit: Capax enim fuit ſuprà 23000. hominum commodè ſedentium. Spoliata quoque olim à barbaris fuit interior ejus Cavea mar-

Amphitheatrum.

marmoreis ſuis ſubſelliis, ſed equeſtris Ordo & nobilitas urbis eam ſuis impenſis reſtauravit, & marmoribus veſtivit, qui & feſtivis quibuſdam diebus populo venationes, ludos equeſtres ac pedeſtria certamina publicè in hac Arena, majorum more ſolent edere.

Porrò Templa numerat hæc urbs 35. Turres altas & pulchras 70. urbem mirè exornantes. Monaſteria PP. & Virginum 10. Inter Templa princeps eſt D. Zenoni ſacrum; pervetuſtum, amplum & ditiſſimè ab Rege *Pipino* dotatum: hodie *Cathedrale* & Collegio Canonicorum nobile, cui cauſarum Eccleſiaſticarum cognitio competit, & quarundam quoque ſecularium: Hocce ſequitur perpulchrum & magnificum *D. Anaſtaſii* Templum PP. Prædicatorum domicilium, ſuperbiens ornatiſſimo ac ſumtuoſiſſimo Jani Fregoſii, Ducis Genuæ olim, Sacello. Longum eſſet ſingula Templa, Oratoria, Societates relligionis ergò, Collegia, Cœnobia, Hoſpitales domos proſequi, quibus urbs propenſa ad pietatem, nitet.

T. Cathedralo.

T. S. Anaſtaſii.

Ad Politica pergo ædificia, inter quæ eminet *Curia* ſive urbis Palatium formâ quadrata egregiè exſtructum, ac 4. ſpatioſis Atriis & Aula quadrata augu-

Curiæ

auguſtiſſima pulcherrimaq; diſtinctum. In hac Comitia habentur & cauſæ tractantur publicæ. Exterius ſtatuæ marmoreæ honori civium aliquot clarorum in altum erectæ ſpectantur : ex quorum numero Corn. Nepos, Æmil. Probus, Macer, Plinius, Vitruvius, Hieron, Fracaſtorius & alii. Plura alia habet Palatia magnifica, & locum ſpatioſiſſimum, antiquo nomine *Campum Martium* nuncupatum, ad luſtrandos & exercendos milites commodum. Campanam item publicam quæ in altiſſima pulcherrima turri pulſatur. Eſt & *Academia* Philarmonicorum, literis & virorum ingeniis clara : item alterius verè nobilis Bevilaquei, apud quem vocibus & inſtrumentis jucundè pluries in menſe æmulantur Sirenarum concentus : Aër hic benignus, ſuavis purus ac ſubtilis: gens perlauta, magnifica, ſplendida, placido vultu, ingenio ſummo maximeque ad literas idoneo : Commercia lanæ & ſerici adeò ſunt frequentia ut ſupra 20000. hominum his negociis vacent & victum quærant. Rebus omnibus non ſolùm ad vitam neceſſariis, ſed etiam delitiis & voluptati inſervientibus abundat. Breviter *Verona* ſitus oportunitate, agri fertilitate, clementia cœli,

Acade mia.

Cives.

Laus Veronæ

anti-

antiquitate, nobilitate, pulchritudine, munitione, artibus, negociationibus, literis, armis, ædificiis antiquis & recentioribus, iisque omnibus quæ perfectam urbem constituere & reddere possunt, quæque ad civium pertinent felicitatem mirabilis est & planè cunctis superior: unde non mirum Imperatores antiquos multos plures menses in ea commoratos: Albinumque Pipinum, Berengarium aliosq; Reges sibi eam domicilium elegisse: & meritò de ea scripsit quis:

Vrbibus Italiæ præstat Verona superbis
Ædibus, ingeniis, flumine, fonte, lacu:

& illud Cotta:

Verona qui te viderit, Et non amarit protinus
Amore perditissimo; Si credo seipsum non amat,
Caretque amandi sensibus; Et odit omnes gratias.

Hæc de urbe: in agro ejus extra Portam Episcopalem ad lævam spectantur colles fructiferi frequenter habitati: rudera antiqui opidi agrique patentes 3000. passuum, in quorum initio vicus est *S. Michaëlis*, ubi Templum D. Virginis magnificum & miraculis clarum; ulterius ad Fabium fl. *S. Martini* vicus chartariis officinis opulentus: *S. Michiele.* *S. Martino.*

cui prope adjacet D. Jacobi Fanum.

Calderа. Inferius inde juxta montes *Calderia* se offert opidulum Balneis, sterilitati remedium & renibus robur & refrigerium conferentibus, nobile: celebre autem ortu Domitii Calderini: olim hîc opidum antiquum, amplum & nobile stetisse dicitur, è quo supereſt Templum hic loci Junonis, nunc D. Mathæo Apostolo sacrum.

Soave. Sequitur versus orientem hinc *Suavium* in colle edito & amœno ab Scaligeris quondam exstructum. Subtus *Mon-*

M. Forte. *fortium* est delitiæ & secessus amœnus Episcoporum Veronensium: & ulterius prope fines Vicentinos S. Bonifacii Fanum fertilis vicus.

Porto legnago Hinc Meridiem versus *Portus* est opidum non ignobile & amplum, quod ab Athesi fl. dividitur: Altius inde sini-

Cerea. strorsum *Cereta* est vicus pulcherrimus.

Isola dalla Scala. Et ab hoc occidentem versus *Insula Scala*, rebus omnibus affluens speciemque non parvæ urbis habens: amœnissimus olim Scaligerorum, qui condiderunt, secessus.

Campagna di Verona Ab urbe Verona versus occidentem inculti & lapidosi *Veronensium campi* jacent, patentes 20000. passus juxta Athe-

sis

sis fluit, quem inde ascendenti Septentrionem versus, occurrunt Pelusium, Licena, *Roboretum*, Petra Besino & *Tridentum*, Italiæ hac parte janua: dictum ut putant, ab Tridente Neptuni, cui quondam urbs sacra: vel à tribus torrentibus Fersina, Saleto, Persio juxta urbem in Athesin confluentibus: Situm est inter editos montes in planicie fertili & peramœna: estque urbs parva sed nobilis, opulenta & populo frequens, muris vallata lapideis, viisque latis ornata: ædes habet supra magnitudinem magnificas, Arcem conspicuam beneque munitam, cum Palatio stupendo & viridario perpulchro: incolæ Itali partim, partim Germani sermone moribusque diversi sunt; plerique tamen bilingues, humani placidisque moribus: Anno 1377. ab *VVenceslao* Imp. Pontifici Romano donata fuit; estque cum territorio suo sub imperio Præsulum suorum, qui & temporalem exercent jurisdictionem. Celebris hæc civitas est Concilio œcumenico, quod cœptum anno 1546. finem hîc habuit decimo septimo post anno: Ager ejus vini generosi est feracissimus: Porrò ab incultis & lapidosis Veronensium campis per patentes locos perq; viam declivem. Villam Francam &

la Chivisa. *Rovere do.* *Trento*

Incolæ.

S. Zen. S. *Zenonis* Fanum offendis, opulentos vicos: & altius juxta montes Gerlam & Valeg. *Vallecium*, ubi Pons amnis Mincii tran-gio. situm jungit.

Altius dein ad erumpentem ex lacu Piſchie ra. Benaco Mincium fl. *Piſcheria* occurrit, munitiſſimum opidum cum Ponte, ſed gravi cœlo: ab Scaligeris Veronæ quondam Principibus conditum. Hanc Septentrionem verſus in ripa Lacus mox ſequuntur Parencum, Lagiſum, Ciſa-Bardo- num & *Bardolinum* ſapidiſſimis ficubus, lino. quos profert ager ejus, clarum. Tum Garda *Garda* opidum à quo Lacus (olim *Benacus*) hodie *Gardius* vocatur: & interius S. Virgilii Fanum: quod ſequitur in ripa Torre lacus; *Turris*: deinde Palum, Caſtelletum, Suna Brenzonium & *Vicus*, *Soni* antiqui rude-Villa. ra: inde Maſeſinum & Navenum; Cor-Torbo- nu bonum & *Turbulum* à quo 1000. lo. paſſus Sarca fl. ex montibus Tridentinis in Lacum defluit.

Lago di Lacus hic omnium Italiæ amœniſſi-Garda mus & cultiſſimus: circumcirca enim paſſim ſunt colles vineis conſiti, theatri ſpecie ſolem, recipientes: item Palatia & Horti nitidi, fructiferis arboribus læti: ipſe Lacus nobiliſſimorum piſcium nutrit copiam & cum montibus undique cingatur, venti quandoque ſupernè illi in-

incumbunt magna vi, tolluntque ad sidera fluctus : Orientem versus habet *Montem Baldi* cujus circuitus 30000. passuum : producit hic Mons herbas virtute præstantissimas, continetque æris fodinas opulentas, ita ut meritò omnibus Italiæ montibus præferatur ; Ab hoc monte Orientem & Veronam versus ultra Athesin *Vallis Polisilla* occurrit, multos continens pagos multaque castella, ex quibus sibi pulcherrimum formar Theatrum ; in hac valle ex marmoreis papillis scalpello ductis, perpetuæ stillant aquæ ; quibus si lactantis mulieris papillæ laventur, humor lacteus, casu aliquo exsiccatus revocatur. *Mon-baldo.* *Valle Poli-sella.*

Cæterùm, ut ad Benacum, redeam, à Pischeria occidentem versus, fastigiata terra 2000. passus in lacum excurrit & ferè insulam creat, in qua *Sirmio* opidum antiquum Catulli ortu & versibus celebratum : hodie exiguum sed deliciis abundans. *Cermione.*

Ab hoc in ripa lacus, Rivoltella sequitur vicus & mox in *Territorio Brixiensi Desentianum* frequentissimum illius oræ emporium ubi cauponæ rebus omnibus instructissimæ, inprimis fructibus ad lacum natis præstantissimis. Hinc ad *Territorio di Brescia Desenzano.*

occidentale lacus litus multa pulcherrima opida & loca alia occurrunt: uti Cornu Spinæ, *Padengæum*, Monica, Arx Minerbæa, Pons Dusanus, & ulterius nobile opidum & dives *Salodium* vel, ut alii vocant, *Longa Salina*. Ab hoc haud longè abest *Pratum Famis*, ubi Episcopi Tridenti, Veronæ & Brixiæ, non discedentes è sua diœcesi dextram dextræ jungere possunt: â Salodio ad hunc lacum omnia amœna, & fructifera, consita olivis, ficis, malis medicis, malis Massilicis, citreis aliisque fructiferis arboribus, eaque cæli clementiâ ut totius Italiæ locus pulcherrimus videatur, hinc est quoque quod densè habiretur & in ora ejus 44564. animæ repertæ fuerint: Ab Salodio porrò offert se *Barbaranus* amnis rum Bornicus fl. & altius paulò *Madernum* opidum: ab hoc Tusculanus fl. quo transito vicus cognominis invenitur, ubi vestigia *Benaci* opidi antiqui, inundatione subversi à quo Lacui nomen: Succedunt inde Viavetrum *Bojacum*, Carnianum: unde 5. milliarium itinere ad Pratum Fanis devenitur, de quo modò dixi, visuntur mox flumina Campio, Brosa, Linion & Ponalis: Hinc nobile Castrum *Riva* & in altera ripa Turbulum.

Paden go. *Salo.* *Pratum Famis* *Mader no.* *Benacum.* *Bojago* *Riva.*

Hæc

Hæc de lacu Benaco pulcherrimo. Ab hoc non longè occidentem versus *Lacus Idrinus* conspicitur, quem Clisius servato nomine, perfluit: Lacui nomen ab *Idro* opido ad ostium ejus posito; alii *Hydrum* vocant ab Hydra, quam Hercules hîc obtruncâsse perhibetur. Ex lacu Idri egrediens Clisius 20000. passuum vallem irrigat Sabii, ab *Sabio* opido in ea sito denominatam, plures variosque complectitur sinus, ideoque multis in locis vitibus & arboribus fructiferis culta est pulcherrimè & utiliter, habitata hominibus 15431. multis etenim rigatur rivis, quorum aquis ædificia commodo sunt. Ipse fluvius piscosus, tructarum maximè & tynnulorum. Conjuncta ei inferius est Vallis *Gavardonis* opidi celebris sclopetorum fabrica. eorum enim vis hîc fit magna: suntque in vicinia multæ cavernæ ferrigineæ optimæ; qua de causa variis hîc locis multa conspiciuntur ædificia ubi diversè ferrum elaboratur. Inferius siniſtrorsum *Lenatum* non ignobile opidum conspicitur in collis jugo positum: inde rursus juxta Clisium descendenti occurrunt Mons clarus Mezana & *Asula* Castellum à Brixianis eversum anno 1125. hodie opidum munitum & clarum.

Lago d'Idra.

Sabonus olim Idro.

Sabio.

Gavardo.

Asola.

Hinc rursus ascendenti juxta Navilium fl. conspiciuntur Isolella, Malpega, & dextrorsum *Calvisianum* Latinis *Forum Calvilii* à Q. Calvisio, ut quidam augurantur, conditum: Altius inde *Montironium* Borsadolum & *Brixia* regionis hujus metropolis, Cænomanorum olim caput; Civitas nunc dives, populosa & satis ampla; circuitu enim suo tria comprehendit milliaria, illudque spacium plenum est ædificiis & incolis quos 40000. numerant: Garcia amnis eam perlabitur; sita in plano campo ad montis radices forma longa magis quàm lata: pulchra ædificiis tam publicis quàm privatis, irrigua fontibus plurimis, quorum aquæ canali eò ducuntur. Portas habet 5. castrumque è vivo lapide munitissimum, è vertice urbem despiciens & egregio formatum ab Veneris præsidio: Templa insuper magnifica, Monasteria stupenda: & Turrim Palladam in qua urbis campanæ pulsantur, insignem: Inter Templa primi nominis sunt S. Afræ, D. Petri Oliverii, & *Cathedrale* Episcopi qui hic Ducis, Marchionis & Comitis nomine insignis est, & multis reditibus opimus. In hoc Templo Crucem venerantur quam vocant *Oresiamma*, cælestem habet colorem, rubescentem ramen,

Calvisano.
Montirone.
Brixia Brescia
T. Cathedrale.

men, affirmantque multi eam Conſtantino Imp. in aëre oſtenſam fuiſſe, cum prælium inire ſtudebat contra Maxentium. Eſt & *ædes D. Iuliæ* ſacrata Martyri ab Rege Papienſi Deſiderio anno 1253. cui adſtruxit Monaſterium divitiis, aureis ornamentis & SS. reliquiis decoratum: in quo plurimæ regio ſanguine procreatæ virgines ſub D. Benedicti norma, Deo famulatæ ſunt. *Palatium* Capitanei, ut vocant, pro urbis negociis nova & pulchra architectura ſplender, in eo hi verſus loco adaptati appoſitè leguntur. *T. S. Iuliæ.* *Palatium.*

Hic locus odit, amat, punit, conſervat, honorat:
Nequitiem, Pacem, crimina, jura, probos.

Templum & Epiſcopi Palatium, imò tota civitas ejusque Territorium paſſim lectiſſimis marmorum inſcriptionibus, ſtatuis, ſtatuarum titulis & elogiis, variorumque Epitaphiis ſunt plena; ex quibus urbem olim admodum floruiſſe liquet: incolæ locupletes, lauti, nobiles & ſolertis ingenii: fiunt hîc arma varia & cultelli optimè temperati: panni item lintei optimi & tenuiſſimi, quorum omnium commerciis incolæ non parum lucrantur. *Cives ejus.*

Ager *Ager* Brixienſis in longitudinem patet 100000. in latitudine 50000. paſſus. Meridiem & occidentem verſus Ollio amne clauditur ad Septentrionem Alpibus, & ab Oriente lacu Benaco: Regio omnis opidis, vicis, pagis, ſtipata, aquis irrigua ſaluberrimis: uberrima tritici, reliquorumque frumenti generum: item vini oleique fertilis, nec carens ferri ærisque mineralibus: unde meritò de hac urbe Scaliger:

Quæ pingues ſcatebras ſpeculâ deſpectat ab alta
Poſtulat imperii Brixia magna vices:
Cœlum hilare eſt, frons læta urbi, gens neſcia fraudis.
Atque modum ignorat divitis uber agri: &c.

Tropia Vall. Ab urbe Brixia 6000. paſſuum *Vallis Tropia* incipit & verſus Septentrionem protrahitur ad 20. circiter milliaria: montibus undique cingitur; & Mellâ flumine, quod in ea oritur perluitur, multis in locis anguſta eſt, at proxima urbi pars omnium optima & pulcherrima eſt.

Lago d'Iſeo. Val di Camonica. *Lacus Iſeus* (ab *Iſeo* vico in ripa ejus ſito nominatus) hanc vallem excipit, ultra quem *Vallis Camonica* longitudine 50000. paſſuum verſus Septentrionem extenditur, multis undique etiam montibus

tibus vallata, inter quos non mediocris ſpatii planities, non tamen ſemper æquè diffunditur: Ollius fluvius limpidus piſcibusque abundans eam perluit, & in Iſeum lacum deſcendit: multi præterea rivi vallem irrigant, Ollio inde confluentes; unde vallis peramœna atque frumenti ſatis ferax, vini etiam multis in locis aliorumque fructuum: ſunt & ferri fodinæ & alia.

Porrò ab urbe Brixia meridiem verſus *Minerbium* ſe offert in dextra Melæ fl. ripa ſitum, inferius Cigola & Milzanum, tum in Ollii fl. ripa *Pons Vici*: & altius *Quintianum* opidum non incelebre. Tum Portus & *Orci Novi* vel Urceanum, antea D. Georgii opidum elegans & egregiè ab Venetis munitum Arce firma: Epiſcopatus titulo inſignitum. Linearum veſtium hic ſumma laus; ab eo dextroſum conſpiciuntur Orci veteres & *Pompejanum*.

Minerbium *Pons Vici.* *Quintianum.* *Orci Novi* *Pompejanum.*

Denique ab urbe Brixia occidentem verſus & Bergamum, ſuperato Mela amne accedis ad *Clarium* frequens & amœnum opidum, ab aquis claris denominatum & Præſulatu clarum: inde Septentrionem verſus proximè offert ſe *Cocaliũ* vicus opulentus: & mox *Rovatum* opidum copioſiſſimum agri Brixiani: Regio

Clarum. *Cocaju.* *Rovatum*

hæc florens est & rebus omnibus abundans opidisque frequentissima, Francorum olim delitiæ, unde *Francia Curta* audit; Objicitur ei Ollius fluvius, opido *Palaz-* hic *Palatiolo* & pulcherrimo ornatus *zuolo.* Ponte, per quem Bergomensis ager adi- *Berga-* tur & urbs ipsa *Bergamum.*

mo. Urbs est Episcoparus dignitate florens, ab Gallis Cenomanis condita, quorum prisca Lingua ut Germanicâ *Berg* Mons sonat: sita est loco amœnissimo, inter Serium & Brembum amnes, in latere montis ab Oriente & meridie amplam spectans planitiem, à Septentrione & Occidente colles montesque: egregiè munita est à Veneris, ut ad resistendum hostibus firmissima sit: Parvi est ambitus cum in edito colle jaceat, quamvis suburbia duo habeat ampliſſima, omnium copiâ referta rerum, ædificiorumque & nobilium multitudine conspicua: in quorum altero singulis annis in festo D. Bartholomæi nundinæ celebrantur frequentissimæ. ex his ascenditur in urbem per gradus silice stratos: unde civitates ferè omnes Lombardiæ, flumina multa, planitiem ampliſſimam, montes, colles Apenninum usque contemplari datur: Urbs ipsa ambitu suo complectitur 4000. passuum: cum 4. verò subur-

ſuburbiis quæ adjacent, non minor ambitus eſt Mediolani: incolæ verò 27000. numerum non excedunt: Ædibus ſuperbit ſplendidis, cum publicis tum privatis: Forum habet amplum, juxta quod *Templum Cathedrale* D. Mariæ, picturis, Organo aliisque ornamentis & reditibus ſplendidum: inprimis magnifico, ex marmore, ſepulchro *Bartholomæi Coleonis*, ſtrenui militiæ Ducis, cum equeſtri ejus ſtatua & elogio. *T. Cathedrale.*

In æde *D. Auguſtini* viſitur ſepulchrum *Ambroſii Calepini*, qui primus Dictionarii celeberrimi auctor & Bergomas fuit. In PP. Prædicatorum Cœnobio adſtructo, Bibliotheca eſt, præcipuis Europæ annumeranda.

Incolæ ſermonis quidem ruſticani ſunt, ſed ingenii magni cunctarumque artium capaces; de his Jul. Scaliger. *Incolarum mores.*

Ingenium, corpus, mores, obtutus, amictus,
Tecta, cibus, greſſus, guttura, ſermo, ſonus,
Omnia craſſa modis inſignibus, omnia dura,
Sic valeant ſilices ut ſuperare ſuos.
Iſta domi, ſed vicinus ſi aſpergat acetum,
Artibus atque dolis vincitur ipſa ſuis.

Aëre gaudet puro & ſalubri: Ager ejus. Ager ſubur-

ſuburbicarius ſupra modum fertilis, præterquam verſus ſeptentrionem, ubi totus aſper, montoſus, ſterilis, Ferrum habet & Cotarias, lapidemque Cadmiam ex quo æs confit. *Valles* circa Bergomum, vini, oleique ſuaviſſimi feraces, ſunt ſex, hinc atque hinc montibus clauſæ; in quibus primas facilè tenet *Seriana*, à Serio amne eam perluente, dicta, & *Brembana*, quam alluit amnis Brembius; harum quælibet 30000. paſſibus protenditur: Vallis S. Martini 15000. & totidem *Calepii* & *Cluſontis*. In his ac ceteris villæ, terræ & loca feracia 100. & plura, pagique divitiis & nobilitate inſignes; excellunt autem *Calepius*, *Luer*, *Cluſon* & *Vertua* lanificio clara.

Valles.

In eminentiore Colle ſupra civitatem locus eſt *Capella* vocitatus, cum D. Dominicus Patriarcha in eo ſeſe ac ſuos recepit Deo ſerviturus. Ab altera urbis parte ultra Serium fl. *Roſate* conſpicitur, vicus nobilis nomine & ortu celeberrimi Juriſconſulti Alberici de Roſate Bergomatis.

Capella

Roſate.

Inferius hinc in eadem Serii ripa occurrit vicus *Malpaga*, cum Arce cujus conditor Bartholomæus Coleonus de Andegavia Bergomas, qui cum vixiſſet annos 76. in hac arce exceſſit è vita &

Malpaga C.

Ber-

Bergomi ſepultus fuit, ut modò dixi: Veneta quoque Reſp. eidem ſtatuam equeſtrem in urbe erexit ante SS. Joannis & Pauli ædem. Prope alteram Serii ripam *Organum* & *Baſella* monaſterium conſpiciuntur: & inde Bergomenſis territorii limes, quod ferè Abduæ & Ollii fluminum aquis terminatur. *Organo* *Baſella*

Inferius paulùm à finibus Bergomatium Serius amnis *Cremæ* Territorium anguſtum irrigat & Abduæ mox miſcetur: urbs ejus Crema dextræ amnis ripæ adſider, qui ibi Ponte pervius; in amœna & fertili planitie: Olim primas habuit inter Caſtella Italiæ munitiora: nunc urbs eſt dignitate Pontificia illuſtris muris & munitionibus firmiſſima ædificiis ſplendida, ſpatiis ampla, populo frequens, opibus abundans, & ubertate agrorum, omniumque rerum copia felix, continet unà cum agro ſuo 30000. hominum. Prætorem habet Venetum nobilem qui 46. locis jus dicit: Ager ejus non amplus ſed optimus ſupraque modum fœcundus & egregiè excultus: niret ordinibus arborum vitibus maritatarum, ex quibus nobile vinum & optimi fructus percipiuntur: ſcatet non paucis aquarum pellucidarum rivulis, in quibus optimi proveniunt Piſces, præſertim *Cremæ* *Ager.*

Muſte-

Muſtelæ, & qui vulgo *Marſoli*, ſaporis gratiſsimi.

Hæc de nobiliſsimis & ſpectatiſsimis Venetûm, in Italia ſitis ultraque Padum Provinciis: Has ultra Padum ſequitur pars Ducatus Mediolanenſis atque Principatus Pedemontii, de quibus ſuperius dixi.

Soli Deo gloria.

Leges ſive Cautiones peregrinantibus obſervandæ.

DUx itineris adſit tibi peritus, utilitatem enim adfert incredibilem; præſertim ubi ignotum, difficile aut periculoſum iter ſuſcipis: ille namque docet vias compendioſas, tuta hoſpitia, loca periculoſa: quid agendum ſit conſulit, juvatque euntem.

2. Per invia nunquam ſolus eas, neque noctu.

3. Ne cuiquam fidas ignoto, eive aſſocieris: nimis periculoſum eſt neſcire cum quo ſis; ubi, ſicum malis ſis, de vita periclitaris, aut fortunis omnibus.

4. Frons aperta, mens clauſa, lingua parca ſit: comis & communis vultus erga omnes, animus externo nulli pateat.

5. Noveris fures & latrones iter agere ferè perpetuum: ſic enim decipiendi & furandi & occidendi occaſiones, nunquam illis deſunt, & tutiores ſunt à publicis miniſtris.

6. Aleâ non certes, cum caponibus præſertim aut nautis: nec contendas de re parva: nam in illorum es poteſtate.

7. Con-

7. Continens ſis in cibo & potu: atque à Venere abſtine: vix enim ſi hæc obſervabis tutus eſſe poteris, nedum ſi aberres.

8. Nec omittes inſtrumentum aliquod tecum ferre quo oſtia munias in cauponis, quæ ſolent perſæpe ſine clave, peſſulo, ac vectibus eſſe.

9. Aliena ne ſuſcipias cuſtodienda, cum tuis ægrè ſufficias.

10. Cave vetiti quid importes in regionem aliquam, vel efferas: ſi enim ſupellex tua ſit minus proba, præterquam quod eam auferunt, carcere te & pecuniâ ſæpe multant.

11. Occaſiones in itinere obſerva & capta: ſæpe enim parvo conducũtur currus vel equi, qui alioquin ſine ſeſſore & commodo redire debent eò quò tendis.

12. Si fortè per loca eundum ubi penuria & inopia rerum eſt ad victum neceſſariarum, ſis memor ex proximis locis coëmere & tecum ferre, quæ ibi uſui & neceſſaria erunt.

13. Non tantùm adverſus frigora & æſtus te munias, ſed & medicamenta quædam & unguenta adverſus morbos, tibi & peregrinantibus familiares in promtu habeas.

14. Adverſus ſitim, ex calore ortam deti-

detineantur in ore cryſtalli; argentum: ſaccharum candium: aut ſilex qui aliquandiu in aqua frigida fontana jacuit: aut manducetur radix glycyrrhizæ recens evulſa: item fici recentes; nuclei nucis pineæ: grana malorum cydoniorum; ſemina lactucæ, cucumeris, & alia.

15. Adverſus æſtum ſtomachi, utere & glycyrrhiza, lacte tepido, aut pane ex aceto.

16. Adverſus venenum ſumtum, fiat vomitus cum butyro & aqua tepida; aut oleo tepido: ſive aqua tepida & aceto: poſtea ſumatur lac aut butyrum & vomitus continuetur, donec nec ſapor nec odor, neque morſus, nauſea, ullave anxietas percipiatur: & poſt vomitum ſume Theriacam Venetam vel Mithridaticum cum aqua, ſcabioſæ aut acetoſæ.

Grana aliquot juniperi trita & in potu data, mirè venenum expellere dicuntur.

17. Adverſus contagium peſtis.

I. *Purga aërem* foco, ex lignis ſiccis & redolentibus, & ſuffitu ex baccis juniperi, lauri, vel thure, roſmarino &c.

II. *Prapara humores*, ſumendo ſæpe pillulas Rufi: &c.

III. *Confirma Cor: ſumendo* Theriacam cum aqua acetoſæ æſtate: vel cum vino hyeme:

hyeme: item Mithridaticum: cortices citri vel limonis: conſervam roſarum vel acetoſæ: panem ſucco limonum, aurantiorum vel malorum Punicorum acidorum imbutum: item *maſticando* Zedoariam: angelicam; pimpinellam: grana juniperi vel lauri &c. *Odorando* radices enulæ, angelicæ aceto maceratæ &c.

V. Denique *cohibe putrefactionem*, uſu prædictorum & *dietâ* ad frigidum & ſiccum vergente: *cibisque* facilis concoctionis & putredini minus obnoxiis; *condimentis* ex ſuccis acidis citri, limonum, mali Punici, aurantii, omphacii, oxalidis: & ex aceto optimo &c.

18. Adverſus infectionem jam receptam intus, ſtatim accerſe medicum peritum: & ſi non adſit mox cor robora, & utere pulvere ſudatorio: ſcil. Theriaces opt. ℈ij. Pulveris Cardui benedicti ℈j. cum aqua Cardui benedicti vel vino tenui: ſomnum verò fuge: tum Theriacam, Mithridaticum: aliaque veneno iſti adverſa adhibe ter aut quater eodem die: ſemper intervallo ſex horarum interjecto: ventriculum quoque robora & victu utere, ut ſupra dixi, medicumque quamprimùm accerſe &c.

Hæc inprimis peregrinanti ſervanda quoad

quoad perſonam ſuam : in itinere verò ipſo *conſiderabit* & *notabit*.

I. *Regiones* locorum earumque nomina, vetera & recentia, item limites & ſitus.

II. *Civitates*, urbes, opida &c. earumque nomina, conditores & ſitus.

III. *Agros*, eorumque facies, ubertatem, amœnitatem &c.

IV. *Flumina*, eaque aut allabentia, vel prope longeve diſtantia, eorumque uſus & commoditates.

V. *Mare* alluens & Portus, eorumque commoda.

VI. *Montes*, eorumque ſitus, conditio, natura, &c.

VII. *Silvas* & *Nemora* & ſi quid aliud inſigne,

VIII. *Opera Publica*, eaque vel *Sacra*, ut Baſilicæ, Templa, Monaſteria, Xenodochia, Collegia: *Academia, Scholæ*: &c. vel *Profana*, ut Arces, Palatia, Fora; Plateæ, Turres, Armamentaria, Portæ, Propugnacula, Pontes, Fontes Publici; &c.

IX. *Opera Privata*: ſcil. quæ in civium ædibus inſignia ſunt, uti Horti, Fontes, ſtatuæ, picturæ, & ſimilia.

X. *Rationem* denique *Gubernationis*: quò pertinent.

I. *Cu-*

1. *Curiæ*, in qua Senatores & familiæ civium honestiores: conditiones hominum superiorum & inferiorum considerandæ & opes &c.

2. *Scholæ*: & in iis ratio educandi instituendique pueros, Bibliothecæ & Viri docti &c. considerandæ.

3. *Vulgi mores*: quò pertinent ratio victus & vestitus, mercatura, opificia &c.

Mill. Germanica.	*mil.*	*p.*
Aughsburgh,		
Houttstetten,	2	
Landspergh,	4	
Komenkessel,	1	
Soya,	1	
Schöngaw,	2	
Rottenburg,	1	
Amberg,	3	
Echal,	1	
Partakirgh,	2	
Zierol,	1	
Inspruk,	1	
Matrach,	2	
Steinach,	3	
Lug,	1	
Gossen sall.	1	
Stortzingen,	2	
Beiser.	1	
Brixem,	2	
Klausen,	3	
Kolman,	1	
Blum mas,	2	
Botzen Bolzano,	2	
Neumarck,	1	
S. Michiel,	3	
Neves,	2	
Trento.	1	
	1	41

Hinc mill. Italica.	mil.	pag.
Trento.		
Perzene,	10	
Borgo,	5	
Hoſpital,	8	
La Scala,	8	
Ciſmone,	5	385
Baſſano,	9	385
Cattel Franco,	8	385
Trevigo, 11.		
Bruſa Porta,	2	
Novale.	6	386
Meſtre,	3	386
Mergera,	3	386
Venetia par mer.	5	354
Lizza Fuſina.	3	
Maranzano,	2	
Oriago.	2	394
Hoſtaria,	2	
Il Dolo,	2	
Stra,	2	394
Padoua.	4	388
Conſelva.	11	397
Anguilara.	5	397
Rodigo,	8	397
Arquada,	10	
Francolino,	10	
Ferrara.	7	183
Poggio,	8	
S. Petro in Caſale,	5	
Lavino,	5	
Bologna,	5	190
di Ferrara à		
S. Nicolo,	10	
Argento,	13	
Caſa di Copi,	10	
Fuſignano,	12	

Nota quod Gradus unus continet *millia* 20
ria Horaria.
Germanica. 15
Hiſpanica. 17
Gallica. 25
Anglica. 55
Italica. 60

Raven-

Mill. German.		mil.	pag.
Ravenna.		10	175
di *Basel* à			
Rynfelden,		2	
Seckingen.		1	
Lauffenbergh,		2	
Baden,		3	
Zurigh,		3	
Medolf,		2	
Smerick,		1	
Wilsen,		1	
Wallenstat,		3	
Meynfelt,		2	
Rhynbrug,		1	
Chur,		2	
Tusis,		4	
Splugen,		4	
Campdolen,		4	
Clavenna,		4	
Mill. Italica.			
Gera,		6	326
Dacche,		5	
Lecco.		7	316
Como,	8.		324
Pontida,		8	
Milano,	6.		
Bergamo.		8	420
Palazzolo,		10	420
Brescia,		13	416
Pont S. Marco,		8	
Rivoltella,		7	
Peschera,		4	
Castel nuovo,		5	
Verona.		9	406

Mill. Gall.	*mil.*	*pag.*	
di *Geneve* à			
Pont d'Arve,	1		
Le Chaſteau de Baume	1		
Croiſille,	1		
Sala nuova,	1		
Le Pont de Broigny,	1		
Niey au lac,	1		
Savery,	1		
Very,	1		
Menton,	1		
Vertu,	1		
Servage,	1		
S. Vian,	2		
Chagnie ad Iſaram,	1		
Eton ad Arcum,	1		
Aiguebelle,	2		
Argenticre,	1		
Epiere,	1		
Chappelle,	1		
La Chambre,	1		
Pont Amafre,	2		
S. *Iean de* Maurienne,	2		
S. Julien,	1		
S. Michel,	1		
Modane,	3		
Vilars,	1		
Balemon,	1		
Souliere,	1		
l'Aſnebourg.	1		
Mont Cenis,			
La Ramaſſe,	1		
La Poſte,	1		
l'Hoſpital,	1		
Ferriere,	1		* Hic literæ
Novaleſe,	1		Sanitatis ex-
Suſa *	1	347	hibentur.

Bozo-

Mill. Gall.	mil.	pag.
Bozolengo,	1	
S. Geotge,	1	
S. Antoine,	1	
S. Ambroiſe,	1	347
Veillane,	1	
S. Antoine Abbe,	1	347
Rivoli,	1	347
Turino,	3	346
Mill. Italica;		
Chivaſo,	10	346
Pont Duria,	7	
Rivaretta,	1	
Ciliano,	3	
S. Germano,	13	
Vercelli,	9	344
Novara,	8	329
Vigevano,	10	329
Abia graſſa,	7	336
Milano,	10	306
La caſa nuova,	8	
Caſſano,	12	327
Martinengo,	10	
Coccay,	10	
Breſcia,	10	
Verona, ut ſupra,	33	406
S. Martino,	4	409
Caldero,	4	410
Soave,	4	410
Monfort,	2	410
Montebello,	7	405
Brendola,	5	405
Vicentia,	7	399
Caſale,	2	
Il Zocco,	6	
Campo longo,	1	
Tencaruola,	2	

Mill. Gall.		mil	pag.
Padoua,		2	388
Stra,		4	394
Vinetia ut S.		13	
di Lyon. *hic Litæ ſanitatis impetrandæ.*			
Chaſt. de Bron.		1	
S. Laurens,		2	
Poulieu,		1	
La Vulpiere,		1	
Bourgouin,		2	
Ceſſieu,		1	
La Tour du Pin,		1 1/2	
Pont beau voiſin,		3	
Le pin,		1	
Aiguebelle,		2	
Chambery,		2	
S. George,		1	
Monmelian,		1	
Chamenis,		2	
Aigue belle,		1	
Turino, ut ſupra,		33	346
Mill. Italica.			
Milano ut ſupra,		78	
Chiaravalle Ab.		4	
Marignano,		5	
Lodi,		10	304
Crema.	10.		313
Picighitone,		11	304
Cremona,		10	301
Caſa della buona voglia,		10	
Piadena,		9	303
Buſſolo,		3	
S. Martin del Argine,		3	
Gazolo,	3.		292
Marcaria,		2	
Caſtelluccio,			

Mantoua,

Mill. Gall.	*mil.*	*pag.*
Mantoua.	10	289
Marmiruolo,	5	291
Valeggio,	6	292
Verona,	12	
Vicentia ut ſupra,	33	
Lyon,		
La ferrandiere,	1	
Lyrieu,	3	
Arrays,	2	
Champierre,	2	
Rive bonnes eſpees,	3	
Morians,	1	
Voreſpe,	1	
S. Robert,	1	
S. Martin,		
Grenoble,		
Vizille,	3	
Olivet,	3	
Bourg. d'Urſan,	4	
Mont d'Alens,	4	
Grave,	4	
La Magdalene,	4	
Monſtier,	3	
Briançon,	3	
Sezane,	4	
Oux,	3	
Exilles,	4	
Suſa,	3	
Turino ut ſupra,	10	
Mill. Ital.		
Chiery,	5	
Villa nuova d'Aſti,	4	
Aſti,	10	
Anone,	5	350
Feliciano,	6	
Solerio,	5	

Mill. Gall.	mil.	pag.
Alexandria,	6	338
Tortona,	9	336
Ponte Corone,	5	336
Voghera,	6	336
Mondonico,	14	
C. S. Juoanni,	6	
Pont Tidone,	4	300
Placentia,	4	298
di *Avignon*, ubi & *literæ Sanitatis* impetrantur.		
Enttagues,	2	
Carpentras,	2	
Mourmiorcn,	3	
Sault,	3	
Sadaron,	3	
Empore,	3	
S. Lazare,	3	
Sauce,	3	
Tallard,	1	
Rouſſet,	4	
Embrun,	4	
S. Creſpin,	4	
S. Martin,	3	
Briançon,	2	
Suſa ut ſupra,	14	
Turino, ut ſupra,	10	
Placentia ut ſupra,	89	298
Ponte Nuro,	5	297
Firienzola,	6	297
Burgo S. Donino,	6	296
Caſt Guelfo.	6	296
Pont Tarro. fl.	2	296
Parma,	5	293
Ponte Lenzo,	5	
Montechio,	2	303
Rhegio,	17	284

Robiera.

Mill. Gall.	mil.	pag.
Robiera,	8	283
Marzalia,	2	
Modena,	4	280
Caſtel Franco,	7	
Bologna.	9	205
di *Marſeille* à		
Allauch,	3	
Tres,	3	
S. Maximien,	3	
Bregnoles,	4	
Le Luc,	3	
Vidaubon,	2	
Nuis,	1	
Pogeton,	2	
Frejus,	2	
Napole,	2	
La Cane,	1	
S. Victor,	3	
Antibe,	2	
Ville neufve,	3	
S. Laurens,	1	
Nizza,	1	353
Mill. Italica,		
Villa Franca,	2	352
Eſa,	4	
Monaco,	3	25
Turbia,	3	352
Montone,	4	25
Ventimiglia,	5	25
Bordigera,	5	
S. *Remo*,	5	25
Tabia,	5	25
S. Laurenzo,	7	25
Porto Mariſo,	3	25
Oneglia,	2	24
Diano,	4	24

Mill. Gall.	mil.	pag.
Cervo.	2	
Lenguiglia,	3	
Araſſi,	2	24
Albengo,	5	24
Cerial.	5	
Burgeto,	2	
Loano,	2	23
Pietra,	4	23
Finale,	4	23
Noli.	3	23
Spotorno,	3	23
Vadi,	3	22
Savona,	3	22
Celle,	4	
Vareggio,	3	22
Cogereto.	4	
Arenzano,	3	
Voltri,	5	21
Poggio,	3	21
Corneliano.	2	21
Pietro d'Arena,	2	21
Genua,	1	18
Ponte Decimo,	7	
Buſala,	6	
Borgo de fornari,	1	
Iſola,	6	
Arqua,	6	
Serravalle,	4	338
Bertola,	4	
Tortona,	6	336
Ponte Corone,	5	336
Voghera,	6	336
Pancrana,	4	
Cava,	4	
Pavia,	3	331
Certoſa.	3	335

Binaſco,

		mil	*pag.*
Binasco,		5	336
Milano,		7	306
&c. uts.			
di *Genua* à			
Nervi,		4	26
Bogliasco,		2	26
Sori,		4	26
Recco,		2	26
Camogli,		2	26
Rapallo,		4	26
Chiaveri,		4	27
Lavagna,		2	27
S. Anna,		3	
S. Cipriano,		2	
Sestri,	4.		27
Moneglia,		4	
Denia,		4	
Levante,		5	
Monte Rosso,		3	
Porto Venere,	2.		27
Biazza,		3	
Spezza,		4	28
Lerice,		5	28
Sarzana,		3	28
Massa,		7	30
Petra Santa,		7	34
Camagore,		8	
Luca,		8	31
Borgo,		10	33
Pisa,	9.		50
Livorno,	11.		67
Pistoja,		10	60
Poggio à Cajano,		10	49
Florentia,		10	36

di *Man-*

	mil.	pag.
di *Mantua* à		
Stella,	10	
Sanguineta,	15	
Bevilacqua,	10	
Montagnana,	9	396
Eſte,	4	396
Arqua Petrarchæ,	4	395
Mont Selice.	4	395
Padoua,	6	388
& di		
Mantua à		289
Gouvernolo,	9	288
Oſtia,	10	
Mazza,	12	
Spalenton,	9	
Ferraria,	10	188
& di		
Mantua à		
Borgo forte,	8	
Morra,	6	
Guaſtalla,	10	286
Briſſello,	7	285
Parma,	8	293
Fornuova,	10	
Borgo val di Taro,	12	
Vareſe,	9	
Lavagna,	12	
Genua ut ſ.	24	

	mil.	pag.
di *Parma ut ſupra.*		
à *Bologna,*	44	190
Pianora,	8	199
Lojano,	8	64
Pietra mala,	7	
Fiorenzola,	4	65
Scarparia.	7	64
Hoſtaria nuova,	4	
Pratelino,	3	47
Florentia,	7	36
S. Caſciano,	8	
Barbarino.	4	
Tavernella,	4	
Poggi bonzi,	4	64
Staggia,	4	64
Siena,	6	54
Luſignano,	6	66
M. Olivet. 4.		66
Buon Convento,	5	66
Tornieri,	7	67
S. Quirino,	3	67
Radicofani,	8	68
Ponte Centino,	5	138
Aqua-pendente,	4	139
S. Lorenzo,	3	
Bolſena,	4	139
Monte Fiaſcone,	4	141
Viterbio,	8	142
Gambar. 3.		
Ronciglione,	9	144
Caprarola. 3.		
Monte Roſa,	6	145
Baccano,	6	146
La Storta,	8	
Roma,	7	75

di Ro-

		mil.	pag.
di *Bologna*. à			
Quaderna rouinata,		7	
Caſt. S. Pietro,		4	
Imola,		5	181
Bologneſe,		8	181
Faenza,		6	181
Oriolo ad dext.		5	
Forli,		6	180
Forlimpoli,		3	179
Ceſena,		8	171
Savignano,		9	172
Rimini,		6	170
Caſt. Riccione,		6	
Catholica.		6	170
Gradara,		2	169
Granaruola.		3	
Caſtello di mezzo,		1	
Firenznole,		1	
Poggio Imperiale,		2	168
Peſaro,		1	167
Urbino.	18.		130
Fano,		9	163
Pont di Metaro,		3	
Pont di Ceſano,		8	
Sinigaglia,		4	163
Caſa Bruſciata,		5	160
Rocca di fiumeſino,		3	
Falconaro,		2	
Barcagione,		1	
Boëmia,		1	
Ancona,		6	158
Porto Nuovo,		5	
Sirolo,		4	158
Pont de Muſone,		5	
S. *Maria Loretta*,		2	154

		mil.	pag.
di *Maria Loretta.*			
Racanati,		3	157
Macerata,		8	152
Tollentino,		10	153
Valle Cimmara,		9	153
Mutſcia,		8	154
Serravalle,		7	154
Varchiano,		4	
Foligno,		5	133
Aſſiſio,	6.		134
Perugia,	10.		135
Bevagna,	4.		
Trevi,		5	133
Spoleto,		7	129
Strettura,		8	
Terni,		4	131
Narni,		9	131
Ocricolo,		8	127
Burgheto,		9	
Arignano,		6	146
Caſt. Nuovo,		6	147
Pont. Mulvio,		7	147
Roma.		6	75

FINIS.